moriuntur in magnis diuicijs quãuis eas hic relinquunt moriun
tur eni in culcitris purpureis ⁊ lectis delicatis. Sꝫ pauꝑ xp̄s nec
lectum nec ſtramina habuit. ſꝫ nudus in cruce pependit. Heu qua/
le ſpectaculũ fures ſuſpenduntur in veſtibus. ſꝫ chriſtus nudus ſu
ſpenſus fuit Job. p̊. Nudus egreſſus ſum de vtero matris mee ⁊c̃.
Multi eciam moriuntur felices quãtum ad hoc ꝙ modo habent ꝯ
ſolatores. iſti dant verba ſuauia. alij preparant delectabilia cibaria
Alij ornant lectiſternia. Sed heu xp̄us hodie in agonia ſua. his oĩ
bus caruit. conſolatorez non habuit. ſꝫ multa verba contumelioſa
audiuit. pſ. Improperiũ expectauit cor meum ⁊ miſeriam ⁊ ſuſti.
qui ſimul contriſta. ⁊ non fuit ⁊ qui. conſo. ⁊ non inueni. ¶ Quid
dicam de cibo ⁊ potu cũ ſiciens in cruce non poſſet impetrare hau
ſtum aque ſꝫ oblatum fuit ei acetum cum mirra ⁊ felle adeo amari
catum qđ cum guſtaſſet non poſſet bibere p̄ nimia amaritudine.
Quid de hoſplcio cum ipſe clamet Luc̃. ix. Vulpes foueas habẽt
⁊ volucres celi nidos. filius autem hominis non habet vbi caput
ſuum reclinet. Omnino mors chriſti fuit amariſſima Ideo ip̄e cla/
mat Treñ. p̊mo. O vos omnes qui tranſitis ꝑ viam attendite ⁊ vi
dete ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. quaſi dicerꝫ. Ad vos cla/
mo qui ꝓ omnibus vobis moriturus ſum. Qui tranſitis ꝑ viaꝫ in
quit id eſt eſtis in via huius mundi vbi ē locꝰ condolendi. In celo
non eſt locus dolendi pre nimio gaudio. In inferno non eſt locus
condolendi pre obſtinacione. Attendite inquit diligenter vt deflea
tis. videte frequenter vt nunq̃ꝫ obliuiſcamini quod hodie pro voƀ
fieri oportet. Attẽdite inquit et videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor
meus. Ecce chriſtus pro omnibus patitur. dolor eius eſt maximꝰ.
⁊ ideo omnes deberent ei compati. ſed heu pauci compaciunť Ihe
ronimꝰ. Omnis creatura chriſto moriẽti compatitur ſol obſcurať
terra mouetur. petre ſcindũtur. veluꝫ templi diuidiť. ſepulchra ape
riuntur. ſolus homo miſer non ꝯpatitur ꝓ quo ſolo xp̄s patitur. ¶
Nota ꝙ dolor chriſti fuit maximus ꝓpter tria. ſcꝫ propter perſone
pacientis qualitatez. ꝓpter pene affligentis varietatẽ. ⁊ ꝓpter ꝑpli
crucifigentis crudelitatez. ¶ Primo dico ꝙ dolor eiꝰ fuit maximꝰ

ꝓpter ꝑſone pacientis qualitatem. Fuit ſiquidem xp̄s qui paciebā-
tur nature tenerrime. nec mirum q2 de tenerrima virgine carnē aſ-
ſumpſit. de ipſo dicitur. ij. Regū. xxiij. in figura dauid ipſe eſt quaſi
tenerrimus ligni vermiculus Et quia erat tenerrim⁹ ideo dolor e⁹
fuit acerrimus Aug⁹. Nulla natura niſi chriſti tenerior eſt ⁊ ideo nl
lus dolor aſperior. dicitur autem vermiculus quia cōtemptus fuit ꝑ
foratus ⁊ abiectus ſicut vermis. pſal. Ego ſum vermis ⁊ nō homo
opprobriū hominū abiectō plebis. vermicul⁹ inquit ligni q2 ligno
crucis adheſit. ꝑpende acerbitatem doloris xp̄i. Si aliquis homo
groſſe ꝯplexionis vno acu ſemel pungitur magnū ſentit dolorē. qn
tum putas dolorē xp̄m ſenſiſſe cuius delicatiſſimū corpus tociens
⁊ tam grauiter dilaceratū fuit. nunc ꝑ flagella. nunc ꝑ ſpineam co
ronam. nunc ꝑ magnos dolores ⁊ hoc ꝑ magnos clauos. ¶ Secū
do dico q dolor eius fuit maxim⁹ ꝓpter pene affligētis varietatē.
Non eni in vna parte corꝑis ſꝫ in ſingulis membris penā ſuſtinuit.
pſal. Circūdederunt me dolores mortis. bn̄ dicit circūdederūt. q2
ex omni parte fuit punit⁹. Bernh. Reſpice a planta pedis vſqꝫ ad v
ticem vbiqꝫ eſt meror vbiqꝫ eſt dolor. reuera vbiqꝫ dolor in corpore
xp̄i Nam caput arundine ꝑcutitur. ſpinis pūgitur Mat. xxvij. Co
ronam de ſpinis poſuerūt ſuꝑ caput eius ⁊ acceperūt arūdinē ⁊ ꝑ
cucientes caput eius. Bernh. Diuinū illud caput angelicis treme
bundum ſpiritib⁹ multiplici ſpinarū diuerſitate denſatū vſqꝫ ad ce
rebri teneritudinē ꝯfixum eſt dum ꝯfigit ſpina. O deus quot ⁊ quā
tos dolores illud delicatiſſimū caput in tot ⁊ tam ꝓfundis vulneri
bus paſſum eſt. Facies quoqꝫ eius viliſſimis ſordib⁹ ꝯſpuitur. Job
xxx. In faciem meā non verentur ſpuere Bernh. Facies illa ſpeci
oſa forma pre filijs hominū ꝯſputa eſt ⁊ collaphis afflicta addicta
illuſionibus. ſic nāqꝫ ſcriptum eſt Ceperunt cōſpuere in eum ⁊ ꝑ
cutere faciem eius dicentes. ꝓphetiſa nobis xp̄e quis eſt qui te ꝑ
cuſſit. O q̄ lamentabilis faciei diſpoſicio. facies in quā illa in quā
angeli deſiderant proſpicere. tum ex liuore ꝑcuſſionis. tum ex com
mixtione ſputi in eum proiecti. ⁊ ſanguinis a capite defluētis tam
deformis apparebat vt leproſi ſimilitudinem pretenderē. yſaie quin
quageſimotercio. Vidimus eum ⁊ nō erat aſpectus ⁊ nos eſtima
uimus eum leproſum ⁊ percuſſum a deo. Ipſe enim vulneratus eſt
propter iniquitates noſtras. manus inſuper ⁊ pedes perforantur.

Pſalmiſta. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos. Bernh. Manus ille q̄ celos fundauer̄t extēſe ſunt in cruce clauis trāſuerberate du riſſimis. Heu quātus dolor inerat domino ieſu xp̄o cum claui illi⁹ immenſitas ꝑtes manuū ⁊ pedum penetraret. quid plura. Totuz corpus cōcuſſuz ē. pſ̄. Ego in flagella paratus ſum ⁊ dolor meus in ɔſpectu meo ſemꝑ. Attende o xp̄iane vide ⁊ diſce hodie penas q̄s xp̄us ꝓ te ſuſtinuit. yſa. liij. Vere lāguores noſtros ipſe portauit ⁊ infirmitates noſtras ipſe tulit. ¶ Tercio dico ꝙ xp̄i dolor maxim⁹ fuit ꝓpter populi crucifigētis crudelitatem. Tren. iiij. Filia populi mei crudelis q̄ſi ſtru. in deſerto. Strucio indurat̄ ad filios ſuos q̄ ſi non ſint ſui. vt dicit̄ Job. xxxix. Sic iudei ad xp̄m qui de eoꝝ ſtirpe erat natus hodie indurati ſunt. Maxima crudelitas fuit ꝙ ip̄m qui innocentiſſim⁹ erat occiderūt. De cui⁹ innocēcia dicit̄ ꝑ. Pet. ij. Peccatum nō fecit nec inuentus eſt dol⁹ in ore. ideo ɔparatur agno. yſa. liij. Sic̄ ouis ad occiſionē ductus eſt ⁊ quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcz ⁊ non apiet os ſuum. Maior crudelitas ꝙ illum qui multa bona eis cōtulerat occiderūt. patres eorū de terra egipti eduxerat. hoſtes eorum debellauerat. et terram promiſſionis eis dederat. in qua apparens in carne multa ſigna fecerat. infirmos ſanauerat. et mortuos ſuſcitauerat. Eciā his omnib⁹ iudei igrati ipſuz tam crudeliter occiderunt. Ideo ipſe dominus conqueritur Mich. ſexto. Popule meus quid feci tibi aut quid moleſtus fui tibi reſponde mihi quia eduxi te de terra egipti de domo ſeruitutis liberaui te ⁊ miſi ante faciem tuam moyſen ⁊ aaron. quaſi diceret. Crudeliter agis contra me ego maxima beneficia contuli tibi ⁊ tu maximas iniurias irrogas mihi. Deut. xxxij. Heccine reddis domino popule ſtulte ⁊ inſipiens. Magna crudelitas ꝙ antequā occiderent eum tot penas multiplicauerunt ⁊ dolorem ſuum prolongauerunt. Inceperunt circa principium noctis eum affligere et cōtinuauerunt vſq3 ad meridiem. Job triceſimo. Irruerunt ſuper me ⁊ ad meas miſerias deuoluti ſunt. nunc autem in memetipſo marceſcit anima mea ⁊ poſſident me dies afflictionis. Nocte os meuz ꝑforatur dolorib⁹ ⁊ qui comedūt me non dormiunt. et ſic patz primū principale ꝙ eſt mortuus morte amariſſima ⁊ doloroſa. ¶ Secundo mortuus eſt morte turpiſſima ⁊ ignominioſa. Sap. ij. Glat ꝑſem ſe hr̄e deum ɔtumelijs ⁊ tormētis interrogem⁹ eū vt ſciamus

reuerēciam eius id eſt vtꝝ reuerendus ſit filius dei et ꝓbemus pa
cienciaꝫ illius morte turpiſſima condēnem⁹ eū. Heu quāta fuit ſtul
ticia iudeorum Miracula multa viderunt ⁊ noluerunt credere eſſe
filium dei Johan. x. Si non facio opera patris mei nolite mihi cre
dere. ſi autē facio ⁊ non vultis mihi credere opibus credite vt cog
noſcatis ⁊ credatis. quia pater in me eſt ⁊ ego in patre Modo vol
erunt ꝓbare ꝑ contumelias ⁊ tormenta ſi eſſet filius dei vt ſi inte
tot penas ⁊ contumelias eſſꝫ paciens crederetur eſſe filius dei qui
ſi maius eſſꝫ paciēciam habere ꝙ̄ miracula facere. ſed ipſe pacien
ſimus fuit in omnibus ⁊ tamen illi minime pepercerunt ei imo mor
te turpiſſima occiderūt. morte inquiūt turpiſſima condēnemus eū.
¶ Sed nota ꝙ mors chriſti fuit turpiſſima ſiue ignominioſa. racō
ne loci. racione conſorcij. racōne ſupplicij. ¶ Primo racōne loci q
in turpi loco ſcꝫ in loco caluarie vbi malefactoēs occidebātur. ma
gna fuit contumelia chriſtū in loco furum ⁊ latronum ⁊ homici
darum occidere Johānis. xix. Exiuit in euꝫ qui dicitᷣ caluarie loc
vbi crucifixerunt eum. Attēde o homo ⁊ defle hodie cōfuſionē quā
chriſtus hodie in tam turpi loco ſuſtinuit. Item in loco turpi pa
voluit vt te ad locum glorie ꝑduceret. Joh. xiiij. Vado parare vo
bis locum. ¶ Secundo fuit ignominioſa racione conſorcij quia in
ter latrones ſuſpēſus ē Lu. xxiij Crucifixerūt eum ⁊ latrones aliū a
dextris ⁊ aliū a ſiniſtris yſa. liij. Tradidit in mortē animā ſuā ⁊ cū
ſceleratis reputatus ē O homo refer hodie grates xp̄o qui voluit ſi
eri ſocius latronū vt te faceret ſocium angeloꝝ Cogita hodie ſi p
tes confuſionē quā chriſt⁹ ſuſtinuit cum videret a dextris latron
vnum ⁊ a ſiniſtris alium ⁊ ſe ſuſpenſum in medio quaſi eſſet deteri
or vtroqꝫ latrone. pſal. Propter te ſuſtinui opprobrium operuit cō
fuſio faciem meā ſupple quia inter latrones ſuſpenſus fui extrane⁹
factus ſum fratrib⁹ meis. i. iudeis qui hodie xp̄m tractauerūt nō vt
fratrem ſꝫ vt furem ſuſpenderūt. ¶ Tercio fuit ignominioſa racōne
ſupplicij. qꝛ in ligno ſuſpenſus fuit. qꝛ in lege non fuit turpior mors
ꝙ̄ ſuſpendi in ligno. Deut. xxi. Maledict⁹ om̄is qui pendit in ligno
Heu quid tibi factū eſt hodie o bone ieſu In die palmarum ꝓceſſe
runt tibi obuiam de iheruſalē ⁊ clamauerunt Benedictus qui ve
nit in nomine domini rex iſrahel hodie eiecerūt te de iheruſalē et ſu
ſpenderūt in patibulo acſi eſſes maledictus inter filios iheruſalem

Attende o homo ⁊ nunquā recedat de corde tuo lignuꝫ crucis in
quo hodie ſuſpenſus fuit ⁊ propter te voluit reputari maledictus
vt te a peccato eriperet ⁊ eterna benedictione benediceret. ad Gal.
iij. Chriſtus nos redemit de maledictione legis. factus pro nobis
maledictus. quia ſcriptum eſt. Maledictus homo qui pendet in lig
no vt in gentibus fieret benedictio. Sic patet ſecūdum principale.
ſcꝫ ꝙ chriſtus mortuus eſt morte turpiſſima ⁊ ignominioſa. ¶ Ter
cio dico ꝙ mortuus eſt morte vtiliſſima ⁊ fructuoſa. ideo eni chri/
ſtus ſuſtinuit mortem corporis vt nos a morte anime liberaret Ilhe
breorum ſecundo. Vidimus ieſum propter paſſionem mortis gloria
⁊ honore coronatum vt gracia dei ꝓ omnibus guſtaret mortem.
quaſi diceret. Ideo eſt mortuus vt omnes a morte liberaret. Ecce
q̄ꝫ vtilis fuit mors chriſti de cuius vtilitate ꝓphetauit cayphas Jo
hānis. xi. Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo ⁊ nō
tota gens pereat. ¶ Nota ꝙ mors chriſti vtilis fuit ⁊ fructuoſa eſt
nobis quātum ad tria. Per ipſam enim deo reconciliamur. Ad eꝰ
amorem inflammamur. Et ad patriam de qua eiecti ſumus reuo/
camur. ¶ Primo dico ꝙ per mortem chriſti deo reconciliamur.
Deus ſiquidem per peccatum primorum parentum adeo offenſus
fuerat ꝙ nullus eum placare poterat. ideo propheta dolēs clama/
bat. Vſquequo domine auertis faciem tuam in finem exard. ſicut
ignis ira tua. Sed hodie chriſtus ſeipſum in mortem offerens pro
homine iram patris placauit. Rō. v. Reconciliati ſumꝰ deo ꝑ mor/
tem filij eius. Ecce q̄ꝫ vtilis mors chriſti per quā reconciliati ſumꝰ
deo. In huius ſignū chriſtus in cruce inclinato capite tradidit ſpi
ritum. quaſi dicerꝫ. Ideo mori debeo caput ad oſculū inclino ⁊ ho
minē cuius inimicus eram ad graciam meam recipio. Iſtud oſcu
lum deſiderabat ſalomon Canticorum. viij. Quis inquit mihi det vt
te fratrem meum ſugentem vbera matris mee ſcꝫ in carnis aſſum
ptione. inueniam foris id eſt extra iheruſalem in loco caluarie in
paſſione ⁊ deoſculer te id eſt reconcilier tibi. O peccator rogo te
hodie per ſanguinem chriſti vt hodie attendas chriſtum in cruce
inclinato capite pendentem curre gratuite ad eum per penitēciaꝫ
funde hodie lacrimas pro peccatis tuis pro quibus chriſtus ſan/
guinem ⁊ lacrimas fudit. ¶ Secundo per mortem eius ſcꝫ chri/
ſti ad eius dilectōnem inflammamur Roma. v. Commendat deus

caritatẽ ſuã in nobis qm̃ cum adhuc peccatores eſſemus chriſtus
pro nobis mortuus eſt.multomagis nunc ſancti in ſanguine ipſiꝰ
ſalui erimus ab ira ꝑ ipſum.perpende ſi potes caritatem chriſti q̃
dilexit nos chriſtꝰ adeo vt mortem ſuſtineret ꝓ nobis Hanc carita
tem chriſtus cõmendat in nobis vt nos eciam ipſum diligamus.
Magna fuit caritas ꝙ iuſtus voluit mori ꝓ iniuſtis.dominus pro
ſeruis.innocẽs pro reis.deus pro hominibus.ſanctus ꝓ peccatori
bus.i.Petri.iij Xp̃s ſemel ꝓ peccatis noſtris mortuus eſt iuſtus ꝓ
iniuſtis vt nos offerret deo.mortuos quidem carne.viuificatos au
tem ſpiritu.O homo porta in corde tuo iugiter iſtud beneficium di
lectõnis vt deum ſemꝑ diligas ⁊ nunq̄ꝫ obliuiſcaris penarum quas
ꝓ te ſuſtinuit Canticoꝝ.viij.Pone me vt ſignaculum in corde tuo
vt nũq̄ꝫ obliuiſcaris.ſignaculũ ſuꝑ brachia tua ſcꝫ vt me in bonis
operibus ſequaris.qꝛ fortis eſt vt mors dilectio tua id eſt adeo dile
xi te vt mortem pro te ſuſtinerẽ.Leo papa Sũmum ⁊ potiſſimum
miſericordie dñice ſacramẽtum ſemꝑ eſt in cordibus noſtris retinẽ
dum ſcꝫ paſſio domini.Si vis o homo caritatem habere ad deum
iugiter paſſionẽ xp̃i in corde reuolue.Penſa quãtum te dilexit qui
ꝓ te mori voluit.ideo chriſtus latus ſuum aperire fecit ſiue ꝑmiſit
vt oſtenderet ꝙ toto corde te diligeret.¶Tercio ꝑ mortẽ xp̃i ad pa
triam de qua eiecti ſumꝰ reuocamur Hebre.ix.Ideo noui teſtamẽ
ti mediator eſt vt morte intercedente in redemptionẽ earum preua
cacõnũ que erant ſub priori teſtamẽto repromiſſionẽ accipiant qui
vocati ſunt eterne hereditatis.Iſtud ꝑfiguratũ fuit Numeri.xxxv.
vbi dicitur ꝙ in morte ſummi pontificis ꝓfugus reuertebatʼ in pa
triam Sic hodie exquo ſummꝰ pontifex mortuus eſt homo ꝓfugꝰ
ad celeſtem patriam reuocatur.In huius ſignum extendit chriſtꝰ
manus ſuas in cruce in altum vt omnes ad ſe vocaret Iohannis
.xij.Ego autem ſi exaltatus fuero a terra omnia traham ad meip
ſum.Curre o homo ſecure ad patriam ad quam chriſtus de cruce
te vocat In huius ſignum chriſtus dixit latroni.Amẽ dico tibi ho
die mecum eris in paradiſo An hanc patriam nos ꝑducat qui ꝓ
nobis mortuus eſt ihs chriſtus. ¶ Amen.

Item ſequitur alius ſermo.

O Vos omnes qui tranſitis ꝑ viam attendite ⁊ videte ſi eſt
dolor ſimilis ſicut dolor meus. Treñ. ꝑ. Hec verba potẽat
dicere chriſtꝰ cum in cruce penderet manibus ⁊ pedibus
tranſfixis ⁊ omnia membra dolerent. tunc flendo poterat dicere.
O vos omnes qui. ⁊c̃. In quibꝰ verbis duo tanguntur. ¶ Prio hor
tatur affectum noſtrũ ad ꝯpaſſionẽ vt paſſionem eius defleamꝰ cũ
dicit. O vos omnes qui tranſitis ꝑ viam attendite. ¶ Secũdo exci
tat intellectum ad cognicõem vt paſſionis acerbitatẽ inſpiciamꝰ.
cum dicit. Et videte ſi eſt dolor ſimil' ſicut dolor meus. q̃ſi diceret.
Omnes ꝓ quibꝰ pacior rogo vt mecum fleant ⁊ vt ãplius flere poſ
ſint hortor vt acerbitatẽ pene mee inſpiciãt. Attendite inquit ⁊ vide
te O xp̃iane attẽde ⁊ vide hodie quatuor que tibi ſunt valde vtilia
Primo vide dolorem chriſti pacientis. Secundo dolorẽ m̃ris ꝯpa
cientis. Tercio crudelitatẽ populi occidentis. Quarto vtilitatẽ ef-
fectus ex chriſti paſſione ꝓueniẽtis ¶ Primo vide dolorẽ chriſti pa
cientis. Treñ. ꝑ. Audite obſecro vniuerſi ꝑpli ⁊ videte dolorẽ meũ.
Ecce xp̃s obſecrat ⁊ rogat omnes vt audiãt ⁊ videant dolorẽ ſuũ
Si non eras preſens vbi chriſtꝰ paſſus fuit ⁊ videas oculo dolorẽ
quẽ ꝓ te ſuſtinuit vt ei compaciaris cui eciã inſẽſibilia hodie com-
paciebant̃. Jeronimꝰ Omnis creatura chriſto moriẽti compatitur.
ſol obſcuratur. terra mouetur. petre ſcindũtur. velum templi ĩ du
as partes diuiditur. ſepulchra aperiuntur. Solus miſer homo nõ
compatitur pro quo ſolo chriſtus patitur. O homo attende vt poſ
ſis hodie chriſto compati compaſſionis eius oracionem propono
tibi ¶ Nota ꝙ in vigilia palmarum venit chriſtus in bethaniam q̃
erat ꝓpe ieruſalem ⁊ ibi maria magdalena precioſo vngento vnxit
pedes iħu. Et ex hoc iudas indignatus fremebat contra eam ⁊ di
cebat. Quare hoc vngentũ nõ eſſꝫ venditum. ccc. denariȷ̃s et eſſet
datum egenis. Iſte peſſimus iudas ſolebat portare elemoſinam
que dabatur chriſto ⁊ furabatur partem ſuam inde. ⁊ vt vult ma
giſter in hiſtoriȷ̃s. decimam ꝑtem furabatur et ita ſi vngentuꝫ illð
venditum fuiſſet trecentis denariȷ̃s furatus fuiſſꝫ inde triginta de
narios. ⁊ ꝓpter hoc vendidit chriſtũ ꝓ. xxx. denariȷ̃s vt recuperarꝫ
ꝑ tradicionem quod non poterat habere per furtum. Unde feria
quarta ſequenti poſt palmas acceſſit ad iudeos ⁊ vendidit eis chri
ſtum Math. xxvi. Tunc abȷ̃t vnꝰ de duodeci q̃ dicit̃ iudas ad pri.

ſacerdotū ⁊ ait illis. Quid vultis mihi dare ⁊ ego vobis euz tradā
At illi cōſtituerūt ei triginta argēteos. O iuda qd feciſti tu nō vōc
vadis ad iudeos ⁊ exhibes illum venalez cuius vna gutta ſangui
nis dignior eſt omni auro ⁊ argento. ponis in optionē iudeoꝝ q
⁊ quātū velint tibi dare exhibent tibi triginta argēteos ⁊ ſtatim es
contētus Heu quid factum eſt creatura vendit creatorem. Seruus
dominū. diſcipulus magiſtrum. familiaris amicū Poſt hoc iudas
rediit ad chriſtū ⁊ feria quinta cenauit cum eo ⁊ chriſtus lauit pe
des ſuos ⁊ dedit ei corp⁹ ſuum ⁊ ſanguinē ⁊ adhuc animuz eius li
nire non potuit. Sed facta cena cum iam eſſet nox exiuit de loco ce
ne ⁊ venit ad iudeos. Medio tempore chriſt⁹ p̄dicauit diſcipulis ſu
is Et facto ſermone venit cum eis in montem oliuaruz ⁊ dixit eis
Sedete hic donec illuc vadam ⁊ orem Aſſumpto petro ⁊ duob⁹ fi
liis zebedei cepit contriſtari ⁊ meſtus eſſe valde ⁊ ꝓgreſſ⁹ puſillu
ꝓcidit in faciem ſuā orans ⁊ dicens. Pr̄ ſi poſſibile eſt ⁊c. In hac
oracōe xp̄us ſcd̄m racionē voluit vt non exaudiretur. ſz ideo orauit
vt oſtenderz ſe aſſumpſiſſe carnē infirmam que abhorruit mortem
⁊ vt daret nobis formā qꝫ imminēte tribulaciōe ad oracōem con
fugiamus. ¶ Nota qualiter venit ad diſcipl'os ⁊ inuenit eos dormi
entes ⁊ monuit eos vt ſurgerēt ⁊ orarēt ⁊ qꝫ tam triſtis fuit ex ci
deracōe imminētis paſſionis ⁊ meſtus qꝫ angelus de celo veniens
conſolabat̄ eum In ſumma triſticia erat cū p̄ triſticia ſanguinē ſu
daret. O homo ꝓ te triſtis fuit vt te ad et̄naz pduceret vitam Inde
ſurgens ab oracōe dixit diſcipulis ſuis. Venit hora ⁊ filius homi
nis tradetur in manus pctōꝝ Ecce qui me tradet ꝓpe eſt. Tunc
venit iudas cum magna turba cū gladiis ⁊ fuſtib⁹ ⁊ ih̄us ꝓceſſit
⁊ dixit eis. quē q̄ritis. q̄ cū dicerēt Ih̄m nazarenuz Ille dixit. Ego
ſum At illi audito hoc ceciderūt in terrā. hoc factum eſt bis. O ho
mo hic perpēde xp̄i potēciam qui turbam armataz ꝓſtrauit ad ter
ram ſolo verbo. ꝑpende eciā eius paciēciam quod a traditoē ſuo ſe
ꝑmiſit oſculari ¶ Nota de petro qualit̄ amputauit malcho auricu
lam eius. ⁊ qualit̄ ih̄s ſanauit eum Tunc cōp̄hendítur ⁊ ligatur
diſcipuli eius omnes eo relicto fugerūt. Quid agis o petre p̄cedē
ti veſpere dixiſti xp̄o paratus ſum tecū in carcerez ⁊ in mortē ire ⁊
modo fugis. Quid tu iohannes filius matertere xp̄i qui in cena re
cubuiſti ſupra pectus eius mgr̄m ⁊ cognatū tuum deſeris relinq̄s

palliū ⁊ nudus aufugis. Quid agitis o vos oēs apoſtoli diſcipuli
xp̄i omnes fugitis ⁊ nec vnꝰ veſtꝝ remanet cū xp̄o. ppende quāta
tunc fuerit in corde xp̄i meſticia cum iudei cum cōprehēderēt ⁊ vin
ctum inſtar furis traherēt ⁊ oēs apli fugerēt. Tunc iħs ductꝰ eſt
ad annā qui erat ſocer cayphe qui fuit pōtifex anni illiꝰ ⁊ ſm glō.
ſup ioħez. Caiphas venit ad domū anne ⁊ ibi coraz illis duobꝰ to/
ta nocte illuſus fuit. ¶ Nota hic qualit̄ conſputꝰ velatus collaphiſatꝰ
⁊ de alapa quā miniſter pontificis ei dedit ⁊ q̄ṗaciēt̄ rñdit ei Et
de negacōe petri ⁊ de fletu qualit̄ xp̄s eum reſpexit ⁊ qualiter hec i
nocte contigerūt ideo matutine dicūtur in nocte. Quādo ergo es i
matutinis cogita hec omnia que xp̄s ꝑ te ſuſtinuit. vñ pſ̄. In ma
tutinis meditabor i te. Mane ductus fuit ad domū caiphe ad pilatū
qui ſm glō. habuit pretoriū in domo caiphe ⁊ ibi multipliciter ac/
cuſatus fuit. ¶ Nota qualiter pilatus miſit euz ad herodē ⁊ qualit̄
herodes reſpuit eum ⁊ illuſit eū ⁊ indutū veſte alba remiſit ad pila/
tū. ⁊ qualit̄ pilatus excuſabat eum ⁊ qualit̄ iudei inſtabāt vt dimit
teret eis barrabā ⁊ xp̄s occideret̄. interfectorē hominis petebāt di/
mitti ⁊ factorem hoīs crucifigi. ⁊ qualit̄ pilatus lauit manus ⁊
clamabāt iudei. ſanguis eius ſup nos ⁊ ſup filios noſtros. In me/
moriā hoꝝ dicitur ꝑma in mane vt tu hora ꝑma cogites quid tūc
xp̄s ꝑ te paſſus fuerit. ¶ Circa horā terciā pilatꝰ fecit iħm flagella
ri ꝓpter hoc ſm Augꝰ. vt iudei ſaciati penis ſuis deſiſterēt ab accu
ſacione ⁊ cum nollēt deſiſtere ſ3 clamarēt. Crucifige crucifige eum
barrabā dimiſit ⁊ iħm tradidit voluntati coꝝ. Tunc milites cōuo
cauerunt turbā ⁊ induerūt eum purpura et poſuerunt ſpineā coro/
nam ſup caput eius ⁊ arūdinē in manu eiꝰ et genuflexo illudebant
ei dicētes. Aue rex iudeoꝝ ⁊ ꝑcuciebant caput eiꝰ arundine et con
ſpuebāt in eum. Heu quāta illuſio ſimꝉ et pena. fecerūt euz regez de
riſionis ſicut pueri faciūt ceſarē in paſcha ⁊ purpura induerūt ver
bis ſalutauerūt. ſputis inquinauerūt. verberibꝰ afflixerūt. ꝑpende
dolorē ſi potes quē paſſus eſt cum corona ſpinea delicato capiti im
primeret̄ vide augmētum doloris qñ corona illa cū arūdine vſq3
ad cerebꝝ incuteret̄. tūc poterat dicere illō pſ̄. Sup dolorē vulne
rum meoꝝ addiderūt. pꝰea exuerūt eum purpura ⁊ indutū veſtimē
tis ꝓprijs ducūt vt crucifigat̄ ⁊ imponūt ei crucē quā ꝓprijs hūeris
portabat. ſ3 quia ex vigilijs ⁊ penis quas tota nocte ſuſtinuerat de/

bilitatus fuit ⁊ iudei eum cum crucem portaret ꝓiicientes cum lu
to ad terram opprimebant. ita defecit ꝙ crucem ad locū paſſionis
ferre nō poterat ideo angariauerūt ſymonē vt ferret crucē pꝰ ihm
Bernh. Dum xp̄s precone clamante pilato imperante crucez ba
iulans ad ſupplicīū traheret. Factus eſt cōcurſus populorū ptꝰ ip
ſum euncīū ⁊ clamancium Alij poſt ipſum ibant ridentes ⁊ illudē
tes. alij ꝓiiciebant lutum ⁊ ſtercora et imundicias in caput et i fa
ciem ſuam In hoꝝ memoriā dicit̃ tercia vt tu hora tercia cogites
quid xp̄us ꝓ te paſſus ſit. ¶ Poſtea hora ſexta veſtibus nudatus ē
⁊ crucifixus et cum eo duo latrones quoꝝ vnus blaſphemauit ali
us dixit Memento mei domine ⁊c̃. Ibi iudei blaſphemabāt dicētes
Vach qui deſtruit templū ⁊c̃. alij clamabant alios ſaluos fecit ⁊c̃.
Ibi ꝓ crucifixorib' orauit. matrē diſcipulo cōmendauit. amaē plo
rauit et tenebre facte ſunt ꝑ totum mūdum ab hora ſexta vſq; ad
horam nonā In hoꝝ memoriā dicit̃ ſexta vt tu hora ſexta cogites
quid xp̄s ꝓ te paſſus ſit. ¶ Poſtea circa horā nonā dixit ihs Sicio
⁊ cū potarēt eum clamauit. heli heli lamazabatani ⁊c̃. Et obtuliſſet
ei acetum amariſſimū mixtū cum felle ⁊ mirra vt dicit Augꝰ. Sz
cum guſtaſſet pre amaritudine nō potuit bibere. ⁊ clamans voce
magna dixit. Pater in manꝰ tuas ꝯmendo ſpi. me. emiſit ſpiritū
Tunc velum tēpli ſciſſum ⁊ terra mota eſt ⁊ monumēta apta ſunt
⁊ petre ſciſſe ſunt. tunc vnꝰ militū lancea latus eiꝰ aperuit ⁊ conti
nuo exiuit ſanguis ⁊ aqua In hoꝝ memoriā dicit̃ nona vt tu cogi
tes quid xp̄s in hac hora ꝓ te paſſus ſit et quid cum xp̄o actū ſit.
ſic debes videre dolorē xp̄i pacientis. De merore matris tangā in
ſequēti ſermone. Quia eni hora nona paſſio xp̄i finem habuit. ideo
ſit hic finis ſermonis ꝗ eſt de paſſione xp̄i quā ꝓ nobis ſuſtinuit.
Cui ſit honor ⁊ gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Item alius ſermo.

AUdite obſecro vniuerſi populi ⁊ videte dolorem meū Tre
noꝝ p̄mo. Sicut verba illa O vos omnes qui tranſitis ꝑ
viam. ⁊c̃. poſſunt eſſe chriſti in cruce pendentis. ſic verba
iſta Obſecro audite vniuer. ⁊c̃. poſſunt eſſe matris chriſti ſub cruce
plangentis. Scd̄m hoc in verbis premiſſis beata virgo exprimit
duplicem dolorem quē hodie paſſa eſt ſcz dolorē exteriorez quē ha
buit exterius in vlulādo ⁊ in plāgendo. Et dolorē interiorem quē

habuit interius ſummã triſticiã paciendo Primuz innuit cum dic
Audite obſecro ſcꝫ q̃lr̃ plango ⁊ voce doloroſa clamo. Scd'z innu
it cũ dicit. Et videte dolorẽ meũ quẽ ſcꝫ in corde ſuſtineo. audite in
quit vniuerſi populi o vos omnes qui eſtis hic cõgregati ſi hodie ñ
fuiſtis moti ad fletum ex paſſione xp̄i moueamini ſaltem modo ex
merore mr̃is chriſti Ihere. ix. Deducãt oculi mei lacrimas ⁊ palpe
bre mee defluant aq̃s. q2 vox lamentacõis audita eſt de ſyõ. i. de be
ata virgie q̃ ſignificatur p̱ ſyõ. Sion q̃ppe interp̃tat̃ ſpeculũ ⁊ btã
virgo ſpeculũ dicit̃. q2 mũdiſſima fuit ad inſtar ſpeculi. ꝫ heu iſtud
ſpeculũ hodie ex t̃ſticia ⁊ lacris decoloratũ fuit Can. i. Nolite me ɔ
ſiderare ꝙ fuſ. ſim q2 decolo. me ſol. i. xp̄s cuiꝰ dolor matrẽ ɔfuſca
uit. Nota ꝙ hodie oculis mentis videre debemꝰ quatuor. dolorẽ
ſcꝫ pacientis. merorem matris cõpacientis. crudelitatẽ populi occi
dentis. vtilitatem effectꝰ ex paſſione xp̄i p̱uenĩetis. De p̄mo dictuz
eſt in ſermone precedenti. ſecundo videre debemꝰ merorem matris
compacientis Iohan. xix. Cum vidiſſꝫ ihus matrem ⁊ diſcipulum
ſtantẽ quẽ diligebat dicit matri ſue. mulier ecce filius tuꝰ Ecce xp̄s
oculis carnis ſi nul ⁊ mentis vidit merorẽ matris. Vide ⁊ tu ho
die qui filius es ſpũalis beate virginis eiꝰ merorẽ oculis cordis. vi
de inquã vt defleas vt ipſa hodie videat te ⁊ grãm impetret tibi. vi
de ⁊ conſidera q̃diu dolor eius durauit Incepit inquã de nocte an
te paſceuen ⁊ cõtinue durauit vſqꝫ ad diẽ reſurrectiõis Bernh. ad
beatã virginẽ dicit Indica mihi ſi in ihrlm eras qñ captus fuit fi
lius tuꝰ ⁊ vinctus ad annã traditus ⁊ ductus. cui illa. in ihrlm erã
bñ hoc audiui greſſu qualicũqꝫ potui ⁊ vix potui ad domũ meam
tandem flens p̱ueni. Cũqꝫ fuiſſem illum intuita p̱cuti ⁊ alapis cedi
faciẽ ɔſpui. ſpinis coronari. ⁊ opprobriũ hominũ fieri. ɔmota ſunt
omnia viſcera mea ⁊ defecit ſpiritus meus ⁊ non erat mihi fere vox
neqꝫ ſenſus. Heu quãtus dolor tũc inerat cordi eius cuz viderꝫ ꝙ
facies xp̄i iocundiſſima quõdã ⁊ ſpecioſiſſima. nunc velaret̃. nunc
cõſpueret̃. nunc p̱cuteretur. Cuz viderꝫ ꝙ milites coronam ſpineã
plecterẽt ⁊ capiti eius imponerẽt ⁊ ſanguis de capite ad faciẽ d̃flu
eret ⁊ lacrime de oculis commiſcerẽt ſe cum ſputo ab ore iudeoruz
in faciem eius p̱iecto ⁊ faciem illam adeo deformarẽt ꝙ apparuit i
facie ſimilis leproſo. yſaie. liij. Non eſt ei ſpecies neqꝫ decor vidimꝰ
eum ⁊ nõ erat ⁊c̃. Quicquid enim ſuſtinuit in domo anne in nocte ⁊

de mane coram pilato totuȝ beata virgo vidit et audiuit ⁊ int̃ hec
omnia beata virgo nullũ habuit conſolatorẽ. q̃ȝuis eni ſorores ei⁹
⁊ beata maria magda. penes eã eẽnt vt dicit btũs Bern̄. Ille cum
ea adeo plorabãt ꝙ nulla ipſaꝝ eam conſolari poterat. Penſa do
lorem quẽ habuit cum audiuit. crucifige crucifige eum. cum vide
ret eum crucẽ ſuam portãtem. cum videret eũ denudari ⁊ trãſfigi
manus ⁊ pedes. fel ꝯpinari. cum audiret eũ dicẽtem. ſicio ⁊ potum
ei miniſtrare nõ poſſet. Heu quãtus dolor inerat ei cum audiret fi
lium de cruce voce lacrimoſa dicẽtem ſibi. Mulier ecce filius tuus
quaſi diceret. Tecum eẽ non poſſum ꝯmendo te cognato tuo. Heu
qualis ꝯmutatõ. ꝓ filio datur ꝯgnatus. ꝓ dño ſeru⁹. ꝓ mgr̃o diſ
cipulus. Cũ hec mr̃ audiret flebat ⁊ clamabat ſm Bernh. Fili mi
Me mihi q̃s mihi dabit vt ego moriar ꝓ te miſera ego quid faciaȝ
morit̃ fili⁹ cur non moritur tecũ hec meſtiſſiã mat̃. O fili mi amor
vnice. fili dulciſſime noli me derelinquere. O fili recognoſce mr̃em
⁊ exaudi precẽ meaȝ Deceȝ eni filiũ exaudire mrẽm deſolatã. exau
di me obſecro in tuo me ſuſcipe patibulo. vt qui vna carne viuunt
⁊ vno ſe diligũt amore vna morte ꝑeant. O iudei miſeri. o iudi im
pij nolite mihi ꝑcere exquo natum vnicũ crucifigitis ⁊ mr̃eȝ cru
cifigite. aut alia quacunq̃ȝ morte ſeua perimite dummodo cum fi
lio meo ſimul finiã vitã. Tollite ſuſpẽdite mr̃em cũ filio ſuo. Penſa
quãtus dolor inerat ei cum videret filiũ lacrimãtem in cruce ⁊ au
diret eum clamore valido expirantem Bern̄. Nec lingua loqui nec
mens cogitare põt quãto dolore tunc tenebat̃ aĩa marie. iux̃ cru
cem ſtabat q̃ſi mortua mr̃. vox nõ erat illi. dolor abſtulerat vires.
imo ſtrata iacebat pallẽs. aĩa viuẽs viuebat moriẽs. ⁊ viuẽs mor
tua erat. Ibi ſtabat dolẽs expectãs xp̃i corp⁹ deponi de cruce plora
bat hec dicens Reddite iã nũc miſere corp⁹ exanĩe. impleſtis vota
extinctum deponite matri. iuxta crucem ſtabat mater cõſiderans
vultu benigno ipſum pendentem in crucis ſtipite ſeuo pedibusq̃ȝ
nitens manus in altum leuabat. amplectens crucẽ ruens in oſcu
la eius qua parte ipſe ſanguis ⁊ vnda manabãt. O q̃ȝ male illi erat
graui⁹ illi erat tũc vita tali viuẽ q̃ȝ mortis gladio ab ipſis ſeue ne
cari hucuſq̃ȝ. Bernh. tunc impletũ eſt illud ſymeonis. Tuã ipſius
aĩam ꝑtrã. gla. vt reuelẽtur ex mľ. cor. cogi. ¶ Poſtea circa horaȝ
veſpertinam acceſſit ioſeph ad pilatum ⁊ peciit ſibi dari corpus ei

vocans ad ſe nichodemū venit cum eo ad deponendum corpus ie/
ſu Quos vt vidit maria volentes deponere corp⁹ ieſu quaſi de mor
te conſurgens paululum reuixit ſpiritus eius ⁊ quod poterat mini
ſterium exhibebat vt dicit Bernh. Vnus clauos de manibus tra/
hebat. alius ne caderet corpus exanime ſuſtentabat Stabat ⁊ ma
ter brachia leuans in altum ⁊ caput ⁊ manus chriſti depoſitas ſu
per pectus triſte trahebat. Et cum de cruce in terrā depoſitus erat
ſuper corpus mens pre immenſitate doloris quaſi mortua ſtetit. et
tranſire non poſſe viſa eſt. Stabat ad caput ſui extincti filij mater
amariſſime plangens lacrimis. faciem eius rigans manibuſq; ſe ꝑ
cuciebat dicens. O meſta mater o dolens virgo quid feciſti fili dul
ciſſime. quia iudei crudeliſſiē te crucifixerunt. in gremio meo te mor
tuum teneo triſtiſſima eſt mater tua . fili mi vbi eſt totum gaudiuz
quod in natiuitate tua habui. Ve mihi in quātum dolorem ⁊ triſti
ciam conuerſum eſt gaudium meum . In memoriā depoſicōis cor
poris chriſti de cruce dicuntur veſpere. Cum ergo tu homo venēis
ad veſpas defle mortem chriſti ⁊ dolorem quē beata virgo ſuſtinu
it cum corpus chriſti deponeret̄ de cruce. ¶ Poſtea circa horaz cō/
pletorij cum ioſeph ⁊ nichodemus ponerēt corpus in ſepulchrum
volebat mater ſua ſepeliri cum eo. Vnde dicit Bernh. Etiam erat
innixa ſuꝑ eum ⁊ amplectens ⁊ deoſculans dicebat. Miſeremini mei
ſaltem vos amici mei illum relinquite adhuc paululum mihi vt fa
ciem eius valeam contēplari ⁊ aliquātuluz conſolari. O amici mei
cariſſimi nolite tam cito tradere eum ſepulture date illum mihi mi
ſere matri ſue vt habeam illum ſaltem mortuum Aut ſi ponitis euz
in ſepulchrum me miſeram ſepelite cum eo Illi ponebant chriſtum
in ſepulchro ꝫ mater r̄trahebat chriſtū ad ſe. omnes enim cuz ma/
tre amariſſime flebant ita vt vix quiſq; eoꝝ poſſet ad plenuz verba
formare ⁊ ſic cum magno fletu dominū vite ⁊ mortis ſepulture de
derunt. In huius memoriam dicitur cōpletorium Cum ergo vene
ris ad completorium defle ſepulturam chriſti ⁊ dolorē quē mr̄ ſuſti
nuit cum ſepulchrum domini cum lapide magno clauderetur . ¶
Cogita in quātum pallorem illa pulchra ⁊ decora facies beate vir
ginis verſa eſt ex tam multiplici dolore quē tam diu paſſa eſt ⁊ eciā
ex tam ꝯtinuis lacrimis quas ſine intermiſſiōe fudit Ipſa ꝯueniēt̄
tunc poterat dicere illud Noemi. nō vocetis me noemi. i. pulchram

ꝫ vocate me marã.i.amarã qꝛ amaritudine valde repleuit me om
nipotẽs Ruth.i.Hic btã virgo ponit̃ in exẽpluꝫ omnibꝰ tribulatis
Sic̃ eni btã virgo poſt tribulacõeꝫ quã hodie ſuſtinuit recepit cõ
ſolacõem qñ eiꝰ filius a morte reſurrexit.Sic illi qui ſunt paciẽtes
in preſenti tribulacõe ꝯſolabunt̃ eterna remuneracõe Hebreo.x.
Paciẽcia vobis neccia eſt vt voluntatẽ dĩ faciẽtes reportetis repro
miſſiõem id eſt mercedẽ eternã tribulatis ꝓmiſſam.quã nobis me
ritis beate virginis ꝯcedat qui ꝓ nobis paſſus et mortuus eſt cui
ſit honor ⁊ gloria in ſecula ſeculoꝝ.Amen. De alijs duobꝰ mẽ
bris hic non ꝓſequor q̃a de eis dictum eſt ſupra in illo ſermone.
Ecce morior.⁊c̃.

Item alius ſermo.

Tradidit in mortẽ animã ſuaꝫ ⁊ cum ſceleratis reputatus ẽ
ipſe peccata multoꝝ tulit ⁊ ꝓ tranſgreſſoribus orauit.yſa
ie.liij.In verbis his deſcribunt̃ quatuor circa paſſionem
xp̃i Ipſa quidẽ paſſio fuit a xp̃o ſuſcepta voluntarie.et illud tangit̃
cum dicit̃.Tradidit in mortẽ animã ſuam.Jo.x.Ego pono aĩaꝫ
meã ⁊ iterũ aſſumo eam ⁊ nẽo tollet eã a me ꝫ ego pono a meipſo
Item fuit plena ꝯtumelia illud tangit̃ cum dicit̃.et cum ſceleratis
reputatꝰ eſt Lu.xxiij.Crucifixerũt ibĩ ⁊ latrones vnũ a dextris
⁊ alium a ſiniſtris.Item fuit magne efficacie.illud tãgitur cũ dici
tur.et ipſe pecca.multo.tu.Hebre.x.Xp̃s ſemel oblatus eſt ad mul
toꝝ exhauriẽda pctã.Item fuit caritatis eximie.illud tãgitur cuꝫ
dr̃.et ꝓ tranſ.ora.Lu.xxiij.Pater dimitte ill̃.qꝛ ne.quid faci.¶No
ta circa paſſionẽ xp̃i quatuor.doloris intenſionẽ.teſtamẽti ordina
cionem.inimicoꝝ ꝯſolacionẽ.amicoꝝ deſolacõem. ¶Primo dico
ꝙ circa mortẽ chriſti fuit doloris intenſio Job.xxi Iſte morit̃ diues
⁊ ro.⁊ felix alius morit̃ in amaritudine anime ſue abſqꝫ vllis opi
bus.Heu in quãta amaritudine ⁊ pauꝑtate xp̃s mortuꝰ eſt Nam
acerbiſſimũ dolorẽ habuit ⁊ pauꝑrimus fuit adeo ꝙ nudus pepẽ
dit in cruce ⁊ in extrema neccitate nec vnuꝫ hauſtũ aque habẽ po
tuit.Vis ſcire q̃ꝫ immẽſus dolor mortis eiꝰ extiterit audi.Cuꝫ im
minẽte eiꝰ paſſiõe ⁊ e morte cogitarꝫ adeo triſtis fcũs eſt ꝙ ſangui
nẽ ſudauit in tãta abũdancia ꝙ eciã de corꝑe ſuo decurrit ad trã
Ecc̃i.xli.O mors q̃ꝫ amara eſt memoria tua Si tã amaꝝ erat xp̃o
cogitare de morte quantum putas qđ ſenſerit dolorem cum iam

mors instaret. ¶ Nota ꝙ christus habuit tunc dolorem magnum
in se. maiorem habuit in matre. maximū de hominis ingratitudine. ¶
Primo dico ꝙ magnū habuit dolorez in se. ij. Machabeoꝝ. iiij. iā
qui viderit vultum summi sacerdotis. i. christi mente vulnerabitur
id est vulnerari poterit. Facies enim ⁊ color mutatus declarabant
internū animi dolorem O ꝙꝫ durum cor iudei habuerūt ad christū
viderunt faciem pre dolore pallescentez. viderunt eum lacrimantē
audierūt eum clamantem ⁊ in omnib⁹ erat pacientissim⁹ ⁊ cuz ne
mo ei cōpaciebatur quis poterit explicare dolorē quē christ⁹ habu/
it in se Magnus vtiqꝫ fuit quia diu durauit scilicꝫ a principio noctis
vsqꝫ ad nonam. ps. Supra dorsum meū fabricauerunt peccatores
prolongauerunt iniquitatem sibi. in hoc scꝫ ꝙ me diu afflixerūt Ma
gnus erat dolor quia omnia mēbra corporis occupauerat. ps. Circū
dederunt me dolores mortis. hic ꝓsequere quid sustinuerat in capi
te. in collo. in facie. in oculis. in ore. in manibus ⁊ pedib⁹ ⁊ toto cor
pore. Magn⁹ erat dolor ꝙ xp̄s in passione sua nullū habuit conso
latorē. ysa. liiij. Circūspexi ⁊ non erat auxiliator quesiui ⁊ nō erat q̄
adiuuaret. multos habuit derisores. ps. Omēs videntes me derise/
rūt me. In omnib⁹ dolorib⁹ nullā requiē inuenit. Quō poterat in/
uenire requiē qui transfixis manib⁹ ⁊ pedib⁹ in cruce pendebat Si
mouit se claui leserunt vulnera. si nō mouit se tunc corp⁹ quod erat
graue descendebat ad terrā ⁊ similiter claui leserunt vulnera. Heu
quātus erat dolor cum nec sedere nec iacere nec ambulare posset. sed
ita vulnerib⁹ suis penderet ꝙ in nullo se iuuare possꝫ. Quidā infir/
mi inueniūt requiē ⁊ mitigacōem doloris vel sedēdo vel iacēdo vel de
vno latere ad aliud se mouēdo. nūc cōtrahūt crura ⁊ brachia. nūc
extendūt. sed heu xp̄s nullum horum facere potuit. nec poterat ambu/
lare vel sedere vel iacere vel de latere ad latus se vertere vel brachia
vel crura cōtrahere. Sed sic manibus ⁊ pedib⁹ in cruce extēsus pe
pendit ⁊ ad hec omnia multas blasphemias audiuit. iō ipse cōque
rit Ihere. xv. Ve mihi ma. me. vt q̄d me ge. virū rixe virū discor. in
vniuersa terra omēs maledicēt mihi. ¶ Scđo dico ꝙ habuit maio
rē dolorē de matre Ihere. xlv. Ve mihi misero qr addidit dn̄s dolo
rem dolori meo. laboraui cuz gemitu meo q̄si dicerꝫ ad dolorē quē
habui in me addidit mihi dolorē in mr̄e. laboraui penas in me susti
nendo cū gēitu meo quē habui hūili mr̄i cōpaciēdo. Cogita dolorē

quē habuit xp̄s cum videret matrē ſuam dilectam in gladio doloris tranſfixā. facie palleſcentē. oculis lacrimantē. p̄ triſticia deficientē Bernhardus in perſona matris. Jlle videns me plus dolebat de me q̄ȝ de ſe ⁊ hoc ideo q̶ȝ ſuꝰ doloꝛ erat citiꝰ terminādꝰ q̄ȝ meus ⁊ fortioris animi erat q̄ȝ mater ⁊ q̶ȝ doloꝛ ſuus erat vtilior. q̶ȝ per eum mundus redemptꝰ. diabolꝰ ſupatus. deꝰ placatus. ⁊ q̶ȝ in dolore ſuo aliquā inuenit conſolacōem. ſ. ex latronis ꝯuerſiōe. ȝ mater nullam ꝯſolatōem imo omnē deſolacōem inuenit. Jhere. iiij. Uocem quaſi pturientis audiui ⁊ anguſtias vt puerpe vox filie ſyon. i. bte virginis intermoꝛiētis expādentiſq̄ȝ manus ſuas. Hec eſt vera lra. Ue mihi quia deficit anima mea. intermoꝛiētis hic eſt vna dictio. ⁊ eſt ſenſus. Beata virgo ſub cruce voces doloꝛoſas ſic parturientis emiſit manus p̄ doloꝛibus extendit intermoꝛiētis. i. ad modum moꝛiētis deficiēs. ¶ Tercio dico q̄ habuit doloꝛē maximū de hois ingratitudine Treñ. p̄. Obſecro audite vniuerſi populi ⁊ videte doloꝛē meuȝ ſcȝ quē habeo ex hoc q̄ homo ingratus eſt de beneficio paſſionis mee. ideo ſequit᷑. virgines mee ⁊ iuuenes mei abierūt in captiuitatē ſcȝ diaboli de qua eos redemerā. quaſi diceret. Ego fudi ſanguinē meū vt hominē redimerē a poteſtatē diaboli Sed heu peccatoꝛ ꝯtēpta paſſione iterꝝ ſubijcit ſe voluntarie diabolo ⁊ q̶ȝ hoc in cruce video ideo maximū doloꝛē habeo. pſ. Que vtilitas in ſanguine meo dū deſcendero in coꝛruptōem. i. in infernū ſcȝ in membris meis. i. peccatoꝛibꝰ qui deberēt eſſe mēbꝛa mea p̄ caritatis adheſionē Philippꝰ cancellariꝰ pariſieñ. dicit in pſona xp̄i Uide o homo quid p te patioꝛ. ad te clamo qui p te moꝛioꝛ. vide clauos quibꝰ ꝯfodioꝛ. penas quibꝰ afficioꝛ cum ſit tantꝰ doloꝛ exterioꝛ. plācꝰ tamē interioꝛ eſt grauioꝛ q̄ tam ingratū te experioꝛ. ſic ptȝ primum principale de doloꝛis intēſiōe. ¶ Secundo dico q̄ in moꝛte chriſti fuit teſtamenti oꝛdinatio. ȝ vnde potuit facere teſtamentū qui bona huiꝰ mundi non habuit ȝ adeo paup fuit q̄ nudus pependit in cruce. certe nō de bonis tēpalibus ȝ de eternis cōdidit teſtamētū Hebꝛeoꝝ. ix. Noui teſtamenti mediatoꝛ eſt vt moꝛte intercedente in redemptōem earuȝ p̄uaricatōnum que erant ſub prioꝛi teſtamēto repꝛomiſſionē accipiant qui vocati ſunt eterne hereditatis. vbi enim teſtamētū eſt moꝛs neceſſe eſt vt moꝛs intercedat teſtatoꝛis. Teſtamentū eni in moꝛtuis confirmatū eſt Audis q̄ ad hoc quod

teſtamentū confirmetur neceſſe eſt vt moꝛs interueniat. Unde ſi
quis homo condat teſtamentū prius ꝙ̄ moꝛs interueniat pōt mu/
tare illud quādo ſibi placꝫ. Si eni moꝛtuus fuerit teſtamentū non
poteſt mutari. Deus p̄us condiderat teſtamentū vetus in quo re/
promiſit temꝑalia. ꝫ quia nondum factus fuerat homo. ideo pote
rat mutare imo mutauit ⁊ poſtmodū condidit nouū teſtamentuꝫ
in quo ꝓmiſit eterna ⁊ illud hodie in moꝛte ſua cōfirmatū eſt adeo
ꝙ nunꝙ̄ mutabitur quātū ē ex parte dei. ꝫ homo poteſt negligere
ꝑ peccata Uis ſcire ꝙ̄ firmum ſit hoc teſtamentū. bona eterna in
hoc teſtamento promiſſa xp̄us moꝛtuus oꝛe expreſſit. Luce. xxiij.
Amen dico tibi hodie mecum eris in ꝑadiſo. Teſtes exhibuit ſup̄.
matrē ⁊ iohānem ⁊ materteras ſuas Johā. xix. Stabant iuxta cru
cem iħu mater eius ꝛc̄. Conſcribi fecit ꝓprio ſanguine in proprio
coꝛpoꝛe. yſa. viij. Sume tibi grandē librū ⁊ ſcribe meo ſtilo homi
nis Grandis liber fuit coꝛpꝰ chꝛiſti Stilus hominis fuit lācea mi
litis. huic libꝛo ſigillum crucis appenſum fuit ⁊ ad ſufficiētem cō/
firmacionē teſtamenti xp̄us in cruce moꝛtuus fuit. Noli ergo du/
bitare de teſtamento. qꝛ quicq̄d filius ꝓmiſit ratum habꝫ pater et
vtiꝙ̄ dabit Rō. viij. Pꝛopꝛio filio non peꝑcit deus ſꝫ ꝓ nobis omni
bꝰ tradi. illum quomō nō eciā cum illo donauit nobis omnia. Sic
patꝫ ſecundū pꝛincipale ¶ Tercio dico ꝙ in moꝛte chꝛiſti fuit inimi
coꝝ conſolatio. Treñ. ꝓ. dicit anima chꝛiſti. Uide domine quoniā
tribuloꝛ conturbatꝰ eſt venter meus ſubuerſuꝫ eſt coꝛ meuꝫ in me
metipſo quoniā amaritudine plena ſum foꝛis. exteriꝰ in coꝛꝑe inte/
ficit gladius do. ⁊ intus in coꝛde moꝛs ſimil' ē. quaſi diceret. exteri
us expōnis penis coꝛꝑalibus ⁊ interius ex defectu coꝛdis moꝛs im
minet. ſequitur. Omnes inimici mei audierunt malū m. domine le
tati ſunt Judei diu deſiderauerunt moꝛtē chꝛiſti ⁊ qꝛ modo deſidēi
um adimplebatur. ideo letabātur. ideo ↄqueritur dominꝰ in pſal.
Qui tribulant me exul. ſi motus fuero ſupple de vita in moꝛtem.
O iudei quid feciſtis eum qui ad veſtram conſolacōem in carnem
venerat ꝑ multa toꝛmenta tribulaſtis ⁊ inſuꝑ occidiſtis ⁊ in eiꝰ oc
ciſione exultaſtis. ſane ſicut vos exultaſtis in eius occiſione. ſic ipſe
in die nouiſſimo exultabit in veſtra perdicione. yſaie pꝛimo. Heu
ego conſolaboꝛ ſuper hoſtibus meis ⁊ vindicaboꝛ de inimicis me
is. Et ſic pꝫ tercium pꝛin. de inimicoꝝ ↄſolacōe ¶ Quarto dico ꝙ

in morte chriſti fuit amicorum deſolacio. Quis eni diſcipuli timore
mortis a chriſto fugiendo receſſerunt. tamen maxime turbati fue
runt de morte eius. O quãta turbacio inerat diſcipulis cum ſcirẽt
illum mortuuȝ a quo multa bona audierunt. miracula plurima vi
derant. conſolacões multas habuerant. nec mirũ ſi ſerui triſtaban
tur de morte domini. diſcipuli de morte magiſtri. amici de morte tã
ti amici. Unde duobꝰ diſcipulis euntibꝰ in emaus dicitur Lu. xx.
Qui ſunt hi ſermões quos confertis ad inuicem ambulan. ⁊ eſtis
triſtes. ⁊ reſpondit vnꝰ cui nomen cleophas dixit. tu ſolꝰ pegrinꝰ
es in iheruſalẽ ⁊ non cognouiſti que facta ſunt in illa his diebꝰ. Se
quitur de ieſu nazareno quomõ tradi. cum ſummi ſacerdotes ⁊ pri
cipes noſtri in dam. mortis. Hic patȝ qualiter amici de morte chri
ſti deſolati fuerunt. ſic eni xp̃s p̃dixerat apl'is Jo. xvi. Amẽ dico vob
qꝛ plora. ⁊ flebi. vos mundꝰ autẽ gaude. vos autẽ contriſta. ſȝ triſti
cia veſtra vertet in gaudium. Hoc impletũ eſt poſt reſurrectõeȝ qn
chriſto apparẽte gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino. De deſolacõe ma
tris ſatis habes in ſermõe Audite obſecro vniuerſi populi. Det no
bis xp̃s merito ſue mortis ⁊ precibus ſue matris vt penas quas p
nobis ſuſtinuit iugiter hic in corde habeamꝰ vt in celo ſecum eter
naliter gaudeamꝰ qui eſt benedictꝰ in ſecula. Amen.

Item alius ſermo de paſſiõe dñi

Sicut ouis ad occiſionẽ ducetur ⁊ quaſi agnus coram ton
dente ſe ommuteſcȝ ⁊ non aperiet os ſuum. yſa. liij. In his
verbis circa paſſionẽ chriſti duo tãguntur Primũ eſt ma
gnitudo paſſionis. Secundum eſt pacientis chriſti manſuetudo.
Primum excitat affectum ad compaciendum. Treñ. p̃. O vos om
nes qui tranſitis. Secundum dat exemplum ad imitandũ. p̃. Pe. 
ſecundo. Xp̃us paſſus eſt ꝓ nobis vobis relinquẽs exẽplum vt ſeq
mini veſtigia eius. Primũ tangitur cum dicitur. Sicut ouis ad oc
ciſionẽ. Ecce magnitudo paſſionis. Secundũ ibi. Et quaſi agnus
corã ⁊c̃. Ecce mãſuetudo. ¶ Nota ꝙ chriſtus cõpatur agno ꝓpter
q̃tuor. ꝓpter matris noticiã. ꝓpter eiꝰ innocenciã. ꝓpt̃ paciãȝ. ꝓpt̃
immolacõis efficaciam. ¶ Primo dico ꝙ xp̃s ꝯpatur agno ꝓpter
mr̃is noticiã. agnꝰ enim dicitur ab agnoſcẽdo qꝛ matrẽ ꝑ balatuȝ
agnoſcit. ſic xp̃s in cruce matrẽ ꝑ fletũ ⁊ ploratũ agnouit Apoc. xi
iiij. Vidi ⁊ ecce agnus ſtabat ſuꝑ mõtem ſyon. agnꝰ iſte eſt chriſtꝰ

Mons ſyon ē crux agnuꝫ in monte ſtare eſt xp̄m in cruce pendere.
De hoc monte xp̄s matrē ſpeculabatur ⁊ agnouit. ideo dicit ſyon
quaſi mulierem. Syon quippe interpretat̃ ſpeculatō Jo. xix. Cū vi-
diſſet ieſus mr̄eꝫ ⁊ diſcipu. ſtan. quē dili. dicit matri ſue. mulier ec-
ce filius tu⁹. Et illud ſm̄ vnum intellectuꝫ pōt hoc mō exponi vt de-
mōſtratio ſit de ipſo. q̄ſi diceret. Mulier ecce ego filius tu⁹. Mulier
dicit̃ quaſi mollis aer. mulierē appellat qꝛ eam mollē ad flendū et
dolorem aſpexit. mulierē appellat qꝛ de ea mollem carnē in q̄ tunc
acerbiſſime torq̄batur aſſumpſit. Mulier inquit. Ecce fili⁹ tu⁹. q̄ſi
dicerꝫ. cū op̄a diuina facerē cum aquā in vinum ꝯuerterē te mr̄eꝫ
quaſi alienā videbar repellere dicēs. quid mihi ⁊ tibi mulier non-
dum venit hora m. qꝛ potēciam faciēdi miracula a te nō habui nc̄
in cruce pendēs ⁊ penas ſuſtinēs. qꝛ hoc a te habeo. te matreꝫ cog-
noſco. Ecce inquit filius tuus. acſi diceret Pater celeſtis potēciam
ſbtrahēs ⁊ me morti exponēs videt̃ me derelīq̄ſſe. idō cōpellor ad
eum clamare. pſ̄. Deus me⁹ vt quid me dereliquiſti. Tu mihi ma-
ter aſſiſtis. tu mecū fles. tu mihi ꝯpateris ⁊ in hoc matrē te oſten-
dis. ideo te de monte crucis inſpicio ⁊ agnoſco. O deus eterne da
capiti meo aquā ⁊ oculis meis fontem lacrimaꝝ vt defleam dolo-
rem quē virgo mater beata habuit cum audiuit vnigenitū ⁊ dile-
ctum filiū ſuum voce rauca ⁊ flebili dicētem. Mulier ecce fili⁹ tuus
Sic ergo xp̄s dicit̃ agnus ſtans in monte ſyon. i. in cruce matreꝫ
agnoſcens. ¶ Nota ꝙ crux ꝯꝑatur monti qꝛ inſtar montis a terra
exaltabatur ⁊ laborioſe ad eam aſcēdebat̃. pluuia ſalutaris ad val-
lem eccl̄e irrigādam diffundebat̃. ¶ Primo dico ꝙ a terra exalta-
bat̃. Jo. xij. Ego ſi exaltatus fuero a terra omnia trahā ad meipſū
inquit ab amore ad amorē meū. Per crucē eni homo mūdū ꝯtem-
nit ⁊ xp̄o adheret Gal. vi. Mihi autē abſit gloriari niſi in cruce do-
mini no. ieſu xp̄i ꝑ quē mihi mūd⁹ crucifix⁹ eſt ⁊ ego mūdo. ⁊ ego
inquit ſi exaltatus fuero a terra. ⁊c̄. Hoc vtiqꝫ factū eſt in cruce q̄ꝫ
iudei exaltauerūt ad maiorē xp̄i contumeliā vt omnes viderēt eum
in cruce pendentem ⁊ deriderent. Pſ̄. Omnes videntes me deriſe-
runt me. ⁊c̄. Verūtamen nobis exaltata eſt hūiliter vt ꝑ fidē xp̄m
aſpiciētes ſanemur. iſtud p̄figuratū eſt. Nū̄e. xxi. Vbi cū ppl̄s lede-
ret̃ a ſerpentib⁹ venenoſis dicit dn̄s ad moyſen. Fac tibi ſerpētem
eneum ⁊ pone eum pro ſigno qui percuſſus fuerit ⁊ aſpexerit eum

viuet. ꝑ ſerpentē eneum qui habꝫ figuram ſerpentis ⁊ caret veneno
accipitur chriſtus qui fuit ſimilis ſerpenti quātum ad prudenciam
ſed veneno malicie caruit. O chriſtiane ſi in deſerto hui⁹ mūdi leſ⁹
es a venenoſo ſerpente id ē diabolo Reſpice hodie ꝑ fidem ⁊ deuoci
onem eneum ſerpentē id ē xp̄m ⁊ ſanaberis ¶ Secundo dico ꝙ ad
crucem inſtar montis laborioſe aſcendit. Cogita q̄ꝫ laborioſe xp̄s
aſcendit crucem in qua mortem ſuſtinuit Illud prefiguratuꝫ eſt. ij.
Regū. xv. vbi dicit ꝙ dauid aſcendit cliuum oliuaruꝫ ſcandens et
flens opto capite ⁊ nudis pedib⁹ incedens Per dauid qui dicit ma
nu fortis accipitur xp̄s qui fortem diabolū ſicut dauid goliam pro
ſtrauit. Iſte aſcendit cliuū oliuarum id eſt crucem cuius vna pars
ſuperior fuit de oliua. audi q̄ꝫ laborioſe aſcendit. ſcandens inquit et
flens. Tantum enim fleuit in cruce ꝙ poterat illud dicere. Caliga
uerunt oculi mei a fletu meo. Et aſcendit coopto capite cum coro
na ſpinea ⁊ nudis pedibus imo nudus toto corpore. O chriſtiane
cogita iſta ⁊ non ſit tibi graue ſi hodie pro peccatis fleas ⁊ nudis
pedibus incedas. quia chriſtus hodie in cruce fleuit ⁊ nudus pepē
dit. ¶ Tercio de cruce ſic̄ de monte pluuia ſalutaris ad valleꝫ cordis
ſic irrigandam diffundebatur. Pſalmiſta. Pluuiam voluntariam
ſegregabis deus hereditati tue ⁊ infirma. eſt tu vero perfeciſti eam
Hec pluuia eſt ſanguis chriſti qui hodie de corpore ſuo fluxit. ſcin
de hodie cor tuum per contricōem. aperi per deuocōeꝫ. emolleſcas
per compaſſionem vt recipere valeas hanc pluuiam ſalutarē Pro
heu quidā habent cor duruꝫ ad inſtar ſilicis qđ nec ſcindi pōt per
contricōem nec molleſcere ad xp̄i paſſionē. nec attēdūt ꝓphetā di
centem Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda vr̄a
Illam inquā vocem lacrimabilē audite obſecro vniuerſi po. ⁊ vide
do. me. Et ſic patꝫ ꝑmum principale ¶ Secundo dico ꝙ comparatur
agno ꝓpter eius innocenciā. i. Petri. i. Non corruptibilib⁹ auro uel
argen. redē. eſtis de vana vr̄a ꝯuerſacione ſꝫ p̄cioſo ſanguine q̄ſi ag
ni immaculati ⁊ incō. ieſu xp̄i. Vere incōtaminat⁹ ⁊ immaculatus
qr deū nunq̄ꝫ offendit. ꝓximo nunq̄ꝫ nocuit. decebat ei ſꝫm apſtlum
Hebre. vij. vt eſſꝫ innocēs ſcūs impollut⁹ ſegregat⁹ a pc̄orib⁹. de
buit vtiqꝫ eſſe innocēs qui ꝑ ſanguinē ſuū debuit reddere innocē
am ideo pur⁹ homo ſatiſfacē nō potuit Oēs peccauerūt ⁊ egēt gra
cia dei Rō. iij. Chriſtus autem innocēs fuit ⁊ ſine omni peccato id

ſcire ꝙ̄ innocens fuit. accipe teſtimoniuꝫ ab inimicis ſuis. audi iu
dam traditorē ſuum dicentē. Peccaui tra. ſangui. iuſt. Audi vxorē
pilati. nihil tibi ⁊ iuſto illi. Audi ip̄m pilatū. ego inq̄t nullā cauſaꝫ
inuenio in homīe iſto. Uide ꝙ̄ innocēs agnus cui inimici crudeliſ
ſimi teſtimoniū innocēcie ꝓhibent. id̄o pilatus volebat eū dimitte
re. Sed legis p̄uaricatores legē non attēdētes clamabāt dicētes.
Tolle hunc ⁊ dimitte nobis barrabā qui ꝓpter ſedicōem ⁊ homici
diū miſſus fuerat in carcerē. O iudei hoſtes dei quid facitis. homi
nis occiſorem ſoluitis ⁊ homīs ɔditorē occiditis. Heu ꝙ̄ ꝑuerſe
agitis. lup⁹ abſoluitur. agn⁹ occiditur. barrabas dimittit̄ ⁊ xp̄us
occidit̄ Heu quid agit̄. innocēs xp̄s occidit̄ ab iniuſtis cū iniuſtis
Sap̄. ij. Dixerūt impij circūueniam⁹ iuſtū q̄m inutilis ⁊ ɔtrari⁹ ē
nobis ⁊ operibus noſtris. Et ſeq̄tur Morte turpiſſima ɔdemnemus
euꝫ. Sic̄ amaritudo opponitur dulcedini. frig⁹ calori. tenebre luci
Sic iuſt⁹ iuſto vt cayn abel eſau iacob ſaul dauid iudas ⁊ iudei cri
ſto. ¶ Secundo occidit̄ cum iniuſtis latronib⁹ quoꝝ vn⁹ agēs pēi/
tēciā iuſtificat⁹ ē. Ille qui nunq̄ꝫ pctā fecit imo q̄ pctōres iuſtificat
inter pctōres ſuſpendit̄ ac ſi eſſet pctōr. ideo clamauerūt ad pilatuꝫ
iudei Johā. xviij. Si non eſſet hic malefactor nō tradidiſſem⁹ euꝫ
tibi. Perpēde xp̄i paciēciam qui ad hec verba nihil rn̄dit nec iurgādo
os obiurgādo nec ſe excuſando. ¶ Tercio occidit̄ ꝓ iniuſtis p̄. Pe
tri. 3. Semel ꝓ pctīs noſtris mortu⁹ ē iuſt⁹ ꝓ iniuſtis vt nos offer/
ret deo mortificatos quidē carne viuificatos aūt ſpū ⁊ in hoc appa
ret magna mia xp̄i Bern̄. Nō eſt iuſticia ꝙ innocēs ꝓ impio mori
tur ſ; mia ſi eni eſſꝫ impi⁹ iam nō ex grā ſ; ex debito moreret̄. id̄ dr̄
Ephē. ij. Ꝓpter nimiā caritatē qua dilexit nos de⁹ cum eſſem⁹ mor
tui pctō cōuiuificauit nos xp̄s cui⁹ grā ſaluati ſum⁹. O ineffabilis
dilectio caritatis vt ſeruum redimeres filium tradidiſti. Sic patet
ſecundum principale. ¶ Tercio comparatur agno propter eius pa
cienciam Iheremie. xi. Ego quaſi agnus manſuetus qui portatur
ad victimam ⁊ non cognoui id eſt non oſtendi me cognoſcere. q̄a
cogitauerūt ſup me conſilia. Uis ſcire ꝙ̄ paciens fuerit conſidera
quā pacienter iniurias illatas ſuſtinuit. Interdum cum accuſare/
tur omnino tacuit. Mathei viceſſimoſeptimo. Cum accuſaretur a
principibus ſacerdotum et ſenioribus populi nihil reſpōdit nec ex/
cuſauit. Quis adeo paciēs eſt qui ſi dicat̄ malefactor ⁊ re⁹ mortis

es nihil reſpõdeat nec ſe excuſet. Hebreoꝝ. xij. Recogitate eum qui
talē ſuſtinuit a peccatoribus aduerſum ſemetipſum ꝯtradictões vt
non fatigemini aīo deficiētes. Interdū ꝟbo modeſte rn̄dit Jo. xviij.
cum quidā daret ei alapaꝫ reſpondit ei ſic Si male locutus ſum te
ſtimoniū ꝑhibe de malo. ſi autē bene quid me cedis. In hoc dedit
tibi exēplū xp̄s ſi dicant̄ tibi ꝟba ꝯtūelioſa ꝙ ꝓpter eius amorē ta
ceas vel pacienter reſpondeas Bernħ. vtrūq; factus es mihi domi
ne ⁊ ſpeculum paciēdi et precium pacientis. ſic patꝫ tercium princi
pale. ¶ Quarto compatur agno ꝓpter immolacionis efficaciā ſiue
efficienciā. Iſtud figuratū eſt Exo. xij. vbi dicit̄ de agno paſchali.
Immolabit eum multitudo filiorum iſrahel ad veſperā ⁊ ſument
vnde ipſe poterat dicere illud Job. xxix. ſicut palma multiplicabo
dies meos ille dies ſuos multiplicat qui temporales dies i eternã
vitam commutat. Ille vero dies dirimit qui temporales dies in
eternas tenebras conuertit. Magnã abſtinentiã fecit beatus Frã
ciſcus qui multas quadragenas in anno ſeruauit ieiunando. ſic
patet ex eius legenda magnã abſtinentiam fecit qui cum eſſet int
fratres ſaniori tempore cocta cibaria raro admittebat. admiſſa
vero aut conficiebat cinere aut odimenti ſaporẽ admixtiõe aque
vt plurimũ reddebat inſipidũ. magnã fecit abſtinentiaȝ qui cum
ſitim ſuſtineret nõ audebat aquam bibere ad ſufficientiã. bene er-
go potuit gloriari de cruce quia palmã abſtinentie habuit. Qui-
cunqȝ ergo vult cum beato Franciſco gloriari in cruce debet hãc
palmã apprehendere vt vacet abſtinẽtie quã plures filij beati Frã
ciſci ad eius exemplum obſeruant qui corpora ſua abſtinẽdo. ieiu
nando pro amore chriſti macerant. Ecce chriſtus dedit nobis ex-
emplũ abſtinentie qui paruo lacte paſtus eſt in infantia. poſtmo-
dum xl. diebus ⁊ xl. noctibus ieiunauit ⁊ poſtmodũ famẽ ⁊ ſitim
ſuſtinuit ⁊ tandẽ in cruce pendens clamauit. Sitio. vt te a crapu
la ⁊ ebrietate abſtraheret ⁊ ad abſtinentiam animaret ſic patet ſe
cundum principale. ¶ Tercio habuit rigoris aſperitatem quãtuȝ
ad dormitorium ⁊ hoc ſignificatur per oliuam que habet duram
corticem. beatus franciſcus duram habuit corticem. i. dietam ex
teriorem qui corpus ſuum pro amore chriſti laboribus ⁊ penis at
triuit. vnd̃ dicere potuit illud Ps. Ego ſicut oliua fructifera in do
mo dei ſperaui in miſericordia dei in eternum ⁊ in ſeculum ſeculi.
Vere ſicut oliua fructificauit in domo quando rigidam vitam d̃
qua fructus bonorum operum pullulant obſeruauit ⁊ quia rigo
rem vite ſuauem fecit ex conſideratione mercedis. Ideo ſubditur
Speraui in miſericordia dei. Vnde alibi dicitur. Propter verba
labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras. Vere beatus Fran-
ciſcus rigidam vitam habuit qui molliciem veſtium ⁊ lecti recu-
ſauit ⁊ omne cõmodum terrenum abhorruit. vnde de eo legitur
Veſtis horrebat molliciem aſperitatem amabat. Aſſerens pro-
pter hoc Johannem baptiſtam ore diuino fuiſſe laudatum.
nuda hum⁹

nuda humus vt frequētius lectus erat laſſato corpuſculo ⁊ ſepi⁹
ſedens ligno vel lapide ad caput poſito dormiebat. Quicūqȝ ergo
cum beato Frāciſco vult gl'ari in cruce debȝ carnē ſuā per rigidā
vitā macerare ideo in clauſtro ē dormitoriū in quo filij ſancti per
multa ſuſtinēt incōmoda carnis ibi eniȝ eſt ſtramentū humile et
tenue tegumentū ⁊ dura lō ad requieſcendū qđ religioſi vt ī cru
ce gloriari poſſint libenter amplectunt̃. Sciētes eni dictuȝ a dn̄o
eſſe. Math. xvi. Si quis vult venire poſt me ab. ſemetip̄ȝ ⁊ tollat
crucē ſuā ⁊ ſeq̄tur me. Si chriſtus vitā rigidā tenuit qui nulla-
tenus indiguit qꝛ caro ſpiritui penitus obediens fuit. multoma-
gis tu debes hoc facē qui indiges vt carnem tuā rebellem ſpiritui
obediētē maceras. Cogita qualiter xp̄s ꝓ te in duro preſepio ad
fenum reclinatus eſt ⁊ qualiter ex itinere fatigatus. qualiter tan-
dem in cruce nō habuit vbi debile caput reclinaret. Lu. ix. Vul
pes foueas habent ⁊ volucres celi nidos ⁊c̃. ſic patȝ ēciū p̃ncipa
le. ¶ Quarto habuit humilitatis ſuauitatē q̄ntum ad capitolium
⁊ hoc ſignificat̃ per cypreſſum que ē arbor valde odorifera vnde
de eo exponi pōt illud Ecc̃. l. Quaſi oliua pullulans ⁊ q̄ſi cypreſ
ſus in altitudinē ſe extollens q. oliua fuit per vite auſteritatem ⁊
quaſi cypreſſus ꝑ humilitatem. et bene dicit. q. cypreſſus in altitu
dinē ſe extollens qꝛ omnis qui ſe humiliat exaltabit̃. valde humil'
fuit beatus Franciſcus vnde de eo legit̃ omniū virtutū cuſtos et
decor humilitas copioſa virū dei vbertate repleuerat In propria
quidē reputatione nihil niſi peccator erat cuȝ in veritate ſpeculū
eſſet ⁊ ſplendor omnimode ſanctitatis ⁊ qꝛ vere humilis fuit idō
dn̄s ip̄m in mūdo ⁊ in celo exaltauit. Cum frater quidā vna cuȝ
ip̄o in quadā deſerta oraret eccleſia. raptus in extaſim vidit inter
multas ſedes vnam ceteris digniorē precioſ' ornatam lapidibus
⁊ omni gloria refulgentē miratus intra ſe pulchritudinē ſedis co
gitare cepit quis ad illā deberet aſſumi ⁊ audiuit vocem dicētem
ſibi Sedes iſta vnius de ruentib⁹ fuit ⁊ nūc humili reſeruat̃ Frā
ciſco. Bene ergo gloriari potuit in cruce qꝛ cypreſſum huilitatis
habuit. Quicūqȝ ergo cum beato Franciſco gloriari voluerit de-
bet ſe humiliare attendens illud Math. xviij. Niſi conuerſi fueritꝭ
⁊ effi. ſicut par. nō intrabitis in regnū celoꝝ. ideo in clauſtro eſt
capitulū in quo religioſi ſe humiliant culpas. ſ. humiliter recog-

noſcentes ⁊ correctiões debitas ſuſcipientes ⁊ in hoc oſtendũt ſe
eẽ diſcipulos quibus dicit dominus Math.xi. Diſcite a me quia
mitis ſum ⁊ huilis corde. Certe vt chriſtus te ad humilitatẽ inui
taret ideo multa exẽpla humilitatis tibi oſtendit ꝓpter qđ etiã hu
milẽ Mariã in matrez elegit. in huili ſtabulo naſci voluit inuolui
pãnis ⁊ in preſepio reclinari ⁊ tandẽ poſt infinita humilitatis ex
empla in cruce humilem mortem ſuſtinuit Phil.ij. Humiliauit ſe
metipſm factus obediens vſq ad mortem. mortem autem crucis
ꝓpter quod et deus exaltauit illum ⁊ donauit illi nomen quod ẽ
ſuper omne nomen vt in nomine iheſu. Studeamus igitur eum
imitari vt ad regnum eius perueniamus vbi ſanctus Franciſcus
peruenit. AMEN

Itẽ de eodẽ Sermo ſecundus.

Beatus vir cui⁹ eſt auxiliũ abs te aſcen. in cor. ſ. diſ. in. val
la. ps. Hec verba poſſunt ſumi ad cõmendationez beati
Franciſci qui ɔmendatur hic quãtum ad tria. pmo qʒtũ
ad virtutis fructũ. Scđo qʒtũ ad ꝟtutis habitũ. Tercio qʒtũ ad
ꝟtutis vſum. Fructus animã letificat. habit⁹ deo gratificat. vſus
exercitat. ⁊ premittitur hic fructus quia plus allicit ⁊ qꝛ dignior
eſt. pmum tangit ibi Beatus vir. Scđm ibi cuius eſt auxiliũ abſ
te. i. a tua gracia. Terciũ ibi. Aſcen. in cor. ſ. diſ. Iſte aſcenſiones
bone ſunt qua homo aſcendit de virtute in aliam virtutẽ de actio
ne in contemplationẽ. Alie ſunt aſcenſiones male qua homo aſcẽ
dit per ſuperbiam efferendo ſe ſuper alios. ſicut Lucifer qui dixit
yſa. xiiij. In celum aſcendã ſupra aſtra celi exaltabo ſo. m. Nõ
ꝙ beatus franciſcus per dei graciã aſcendit ad tria. Primo a va
nitate mundi ad ſtatũ religionis. Scđo a labore actionis ad qui
etem ɔtemplationis. Tercio ab ergaſculo miſerie ad regnũ eterne
fruitionis. ¶ Primo aſcendit a vanitate mundi ad ſtatum religio
nis. vnde dicere poteſt illud yſa. ij. Venite aſcendam⁹ ad montẽ
do. ⁊c. vſq in ſemitas eius. per montẽ domini accipe religionẽ fra
trum minoꝝ quã ipſe dñs per graciã ſuã plantauit que totalr̃ ſu
per euangeliũ fundata eſt. hanc beatus Frãciſcus aſcendit quan
do mundũ reliquit ⁊ religionẽ per diuinã reuelationẽ inſtituit. ¶
Nota ꝙ ad hanc religionem aſcendit beatus Franciſcus p tripli
cem gradũ paupertatis. caſtitatis obedientie. Primo aſcendit per

gradũ pau

gradum paupertatis. vnde de eo poteſt exponi illud Mich. ij. Aſcē dit iter pandens ante eos. Beatus Franciſcus viam paupertatis ante ſuos imitatores pandebat vt eam inuenire poſſent. hanc viā chriſtus in mundum veniens verbis docuit. exemplis mōſtrauit. poſtea vero apoſtoli incedebant per eam poſtmodū alij ſancti tā/ dem in nouiſſimis diebus a multis deſerebatur ⁊ ideo beat⁹ Frā ciſcus cepit eam cōmendare doctrinis ⁊ exemplis renouare ⁊ pā dere vt alij poſſint per eam incedere. vnde de eo cantatur Iter pā dit ad glo. ⁊ viam. Exemplū paupertatis accepit a chriſto cuius mater etiam pauper fuit. qđ ſepe reuocauit cum lacrimis ⁊ cum predicaret de paupertate chriſti intulit illud Wulpes foueas ha/ bent Lu. ix. ¶ Scđo aſcendit per gradum caſtitatis vnde Cāti. vij. Aſcendā in pal. ⁊ appre. f. eiuſ. Palma portatur in ſignum vi ctorie ⁊ ſignificat caſtitatem per quā anima conſequit̄ victoriam de carne. Inter carnē ⁊ ſpiritū magna eſt pugna Gal. v. Caro cō cupiſcit aduerſus ſpiritū ⁊ ſpiritus aduerſus carnē. hec enim ſibi inuicem aduerſantur ſ3 heu in multis hominibus caro preualet. ſicut in his qui voluptati carnis ſatiſfaciunt ⁊ luxuriam ſequun tur. In his qui carnem caſtigant ⁊ caſtitatem ſeruant ⁊ peccata vitant ibi anima obtinet victoriā. Talis fuit beatus Franciſcus qui cum vice quadā carnis tentationem ſentiret depoſita tunica cum corda grauiſſime ſe cepit verberare ⁊ deinde ſe totaliter nu/ datum proiecit in niuem donec omnis tentatio abſcedebat ¶ Tercio aſcendit per gradum obedientie Vnde ipſe ſignificatur per Jonatham de quo legitur. i. Regl. xiiij. Aſcendit Jonathas re ptans manibus ⁊ pedibus ⁊ armiger eius poſt eu3. Jonathas interpretatur columba veniens ⁊ ſignificat vere obedientem qui debet obedire ad om̄e quod ſibi precipitur vt impleat mandatu3 ſ̄m mentem prelati ⁊ tunc eſt columba veniens obediendo. Ta/ lis fuit beatus Franciſcus qui non ſolum ſuperioribus ſed etiam inferioribus obediuit. Vnde legitur ꝙ ſocio ſuo cu3 quo ſolitus erat ire ↄſueuit obedientiā ꝓmittē ⁊ ſ̄uare. Iſte g° Jonathas. i. beat⁹ Frāciſc⁹ aſcendit ad montē religiōis in quo hoſtes anime ꝓ ſternere voluit reptans manibus ⁊ pedibus. i. totalit̄ humiliās ſe ad obediendū ⁊ armiger ei⁹ p⁹ eū. Armiger iſte ſignificat ꝙlibet de ordine minoꝶ q̄ portat habitū beati Franciſci qui deb3 poſt eū

reptans manibus ⁊ pedibus incedere vt humiliter obediat ſicut
ipſe humiliter obediuit. ſic patet primum principale. ¶ Scd'o aſcēdit
a labore actionis ad quietem ↄtemplationis Apoc. vij. Vidi alte
rum angelū aſcendentē ab ortu ſolis habentē ſignū dei viui. Iſte
angelus fuit beatus Franciſcus qui ſignū dei viui habuit q2 ſtig/
mata dn̄i ih'u in corpore portauit. Iſte angelus ab ortu ſolis. i. ab
influentia diuine gracie illuſtratus aſcendit per ↄtemplationem
eternoꝝ. ¶ Nota ꝙ per ↄtemplationē aſcendit per tres grad⁹. p/
mus fuit paſſionis recordatio. vnde de eo pōt exponi qđ dicit' de
zacheo Lu. xix. Querebat videre ihm quis eēt ⁊ non po. pre tur.
q2 ſta. pu. e. ⁊ pre. aſ. in ar. ſi. vt vi. illū. ¶ Zacheus interptat' iuſt⁹
ↄſilio ⁊ ſignificat beatū Franciſcū qui in ↄſilijs dandis iuſt⁹ erat
qui dedit conſiliū peccatori vt penitentiaꝫ ageret vt deo ſeruiret.
Iſte querebat videre iheſum per ↄtemplationē quis eēt ⁊ nō po.
pre tur. q2 ſta. pu. erat. Cū n. adhuc eſſet in ſeculo ⁊ ſecularib⁹ de
ditus negocijs puſillus erat meritis ⁊ ſeculariū negocioꝝ tumul
tibus prepeditus ⁊ ideo nō poterat videre ihm per ↄtemplatōeꝫ
precurrens ergo ⁊ relinquēs ſeculū aſcendit in ar. ſi. vt vi. illum.
Sicomorus dicit' alio mō ficus fatua ⁊ ſignificat crucem xp̄i q̄
eſt ficus fidelibus ꝑ dulcedinē deuotionis ſ3 fatua infidelibus ꝑ
ↄtemptū chriſtiane religionis. i. Cor. i. Nos predicam⁹ chriſtuꝫ
crucifixū iudeis quidē ſcandalū gentibus aūt ſtulticiā. Ipſis aūt
iudeis vocatis ⁊ gentibus chriſti dei virtutē ⁊ ſapientiā. In hāc
arborem. i. crucē beatus Franciſcus aſcendit quādo ꝑ aſſiduas
meditationes paſſionē chriſti ad memoriā reuocādo ad ↄtempla
tionē peruenit ideo poteſt dicere illud can. Faſciculus mirre dile/
ctus meus inter vbera mea cōmorabitur. i. per memoriam paſſio
nis chriſti amare botrus cypri dilectus meus per dulcedinem cō
templationis. ¶ In huius ſignum dictum eſt latroni intendenti
in ipſum crucifixum hodie mecum eris in paradiſo. ¶ Secūdus
gradus eſt peccatoꝝ deploratio. qui enim vult ſurſuꝫ ferri per cō
templationem debet pondus peccatorum deponere per veram cō
tritionem. Amos ix. Qui vocat aquas maris. i. amaritudinē la/
crimarum ſuper faciem terre. i. peccatoris dn̄s nomen illi. Et ſeq̄
tur nunquid non aſcendere feci iſrahel de terra egipti. quaſi dice/
ret dominus poſt peccatorum deploratiōeꝫ facit hominē aſcende

re ad contemplationē. Uis o homo ferri ſurſum per contempla-
tionem. deplora peccata tua. munda conſcientiam tuam dic illō
quod dicitur yſaie. xxxviij. Recogitabo tibi omnes ānos meos in
amaritudine anime mee. Amaritudo contritionis eſt via ad dul-
cedinem contemplationis. In huius ſignum filij iſrahel primum
tranſierunt mare rubꝝ antequā intrarent terram ꝓmiſſionis ꝓ-
pter hoc beatus Franciſcus lacrimas aſſidue fudit vt poſſet con-
templationis dulcedinem attingere. vnde legitur de eo ꝙ cum ex
continuis lacrimis grauem caliginē oculoꝝ incurriſſet ⁊ medicꝰ
ſuaderet ꝙ temperaret a lacrimis ſi nollet effici cecus ipē nō adq̄-
euit dicens ſe potius velle fieri cecum q̄ȝ ceſſare a lacrimis. quibꝰ
oculus interior mundatur vt deum valeat contemplari ¶ Tertiꝰ
gradus eſt deuota oratio Can. iij. Dicit̄ de anima contemplatia
Que eſt iſta que aſcendit per deſertum ſicut vgu. fu. ex aro. mirre
⁊ thuris. Oratio enī duo requirit. ſ. carnis mortificationē que ac-
cipitur per mirram ⁊ cordis deuotionem que accipitur per thus
vtrunqȝ habuit beatus Franciſcus. ipſe enim carnē per ieiunia fla-
gellauit per vigilias per genuflexiones continue macerabat ⁊ de-
uotioni cordis ſine intermiſſione inſiſtebat ⁊ ideo non eſt mirum
ſi ſurſum per contemplationem aſcendebat. In huius ſignum cū
in monte aliquando vigilijs ⁊ orationibus ⁊ ieiunijs vacabat ꝑ
contemplationis exceſſum totus in deum ferebatur in qua ↄtem-
platione Seraph ſex alarum ſibi apparuit ⁊ ſtigmata ſacra ſibi
impreſſit ⁊ ſecreta quedam familiariter ſecum contulit ⁊ ſic patꝫ
ſcḋm principale. ¶ Tercio dico ꝙ aſcendit ab ergaſculo mi-
ſerie ad regnum eterne fruitionis pſalmiſta. Quis aſcendit in mō-
tem domini aut quis ſtabit in loco ſancto eius Innocens manibꝰ
⁊ mundo corde qui non accepit in vano animam ſuam nec iura-
uit in dolo proximo ſuo. Certe beatus Franciſcus fuit inocēs ma-
nibꝰ q̄ȝtū ad perfectionē operis. mundus corde quātum ad perfe-
ctionem cordis. non accepit inuanum animam ſuam quātum ad
perfectionē oris ideo de valle preſentis miſerie aſcendit ad montē
glorie. ¶ Nota ꝙ ad hunc montē aſcendit̄ per tres gradꝰ. ꝑmus
ē tribulationis aſperitas Abac. z. Uiā feciſti in mari. i. in h̄ mun-
do eq̄s tuis. i. ſcis. in lu. aq̄ꝝ m̄l. i. in multi. t̄bulationibꝰ. q. d. ſcōs
tuos freno tue gr̄e. a malo retrahis. m̄ltiplicit̄ ꝑmittis ꝑturbari

in mundo vt prepares eis viam ad celum ⁊ q̄ꝛ tribulatio vtilis ē
ideo pacienter eſt ſuſtinenda. ſequit̃ Ingrediatur pu. in oſſi. me. vt
requiram̃ in die tribulationis ⁊ aſcendam̃ ad po. accinctum noſtrum
Per putredinē accipe grauē tribulatiōez per diem tribulationis
accipe diem iudicij. per accinctū po. accipe ſanctos qui ꝑ dei gra
ciam in mūdo fuerūt. accincti ⁊ expediti ad bona opera i mūdo.
q. d. libenter volo ſuſtinere graues tribulationes vt in die iudicij
cum ſanctis celum aſcēdaz vn̄ dicit gloſa ideo volo hec pati ⁊ pꝰ
aſcendere ad ꝑplm accinctū q̄ꝛ venit dies tribulationis ⁊ ceteris
in anguſtia cōſtitutis ego letabor in tua maieſtate. Audi o hō q̄
es in tribulatione poſitus ſi vis ad celum aſcendere neceſſe habeſ
tribulationes pacienter ſuſtinere Actu. xiiij. Oportet nos per mul-
tas tribulationes intrare in regnū dei. q̄ cōtra de reprobis dicit
Job. xxi. Ducūt i bonis dies ſuos ⁊ in pūcto ad ifernū deſcendūt
Item beatus Frāciſcus multas tribulatiōes paciēter ſuſtinuit vt
ad gaudia celeſtia peruenire poſſet. A pueris fuit ꝓiectus. A pře
tractus verberatus vinculatꝰ. A latronibus raptus ⁊ in niue de
iectus. a ſarracenis grauiter percuſſus ⁊ ad ſoldanū perductus
¶ Scd̄us gradꝰ humilitas. Luc. xiiij. Cū vocatꝰ fueris ad nup-
cias. ſ. ad ꝯgregatiōez fideliū in mūdo qui xp̄o per caritatis vin-
culū copulātur recumbe. i no. lo. i humilitate vt cum venerit. ſ. in
morte tua qui te iuitauit. i. xp̄us dicat tibi amice aſcēde ſuperius
⁊ tūc erit tibi g. co. ſiml' ibi diſ. i. cum ſāctis. O q̄ꝫ neceſſarius eſt
ille gradus. nūq̄ꝫ ad celum peruenire poteris niſi hūc gradum ꝑ
trāſieris. Math. xviij. Niſi ꝯuerſi fueritis ⁊ effi. ſicut paruulus nō
itrabitis in regnum celoꝝ. q̄ꝫto quis fortius hūc gradum calca-
uerit tāto maiorem gloriam habebit in celo. hūc gradum beatus
Franciſcus fortiter calcauit quādo humilitatez perfecte in corde
ore ⁊ opere tenuit ideo ad magnā gloriam in celo peruenit. Humili-
tas eleuat ad celum vt patet in beato Frāciſco. Job. xx. Qui hu-
miliatus fuerit erit in gloria. Superbia autez trahit ad iferos vt
patet in lucifero yſa. xiiij. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua. ¶
Tercius gradus eſt feruēs caritas. Cā. viij. de deuota ala dicit
que eſt iſta que aſcēdit de deſerto deli. affl'. q̄ꝛ qui veram caritatē
habet omnia letanter facit. ſed inuidia aiaz cōturbat ⁊ in mortē
eternam precipitat. Sap. v. Inuidia dyaboli mors itrauit i orbē

terraꝝ. imitant̄ eū omēs que ſunt ex pte ipſius huius exemplū ha
bem⁹ in Eſau in Saul in Juda proditore caritas animā delectat
⁊ ad eternā vitā perducat Math. xix. Si vis ad vitā ingredi ſerua
mādata. Omnia aūt mādata ↄſiſtunt in dilectione dei ⁊ proximi.
Qui vult ergo ad vitā peruenire debȝ deū ⁊ ꝓximū diligere hui⁹
exemplū habem⁹ in Abel in dauid in beato Frāciſco. Det nobis
ad hūc gradū ſcādere deus vt poſſim⁹ ad vitā eternā ꝑuenire

¶ De ſancto Anthonio ↄfeſſore.

Juſtum deduxit dn̄s per vias rectas ⁊ oſtendit illi regnū
dei ⁊ dedit illi ſcientiā ſanctoꝝ honeſtauit illū in labori-
bus ſuis. Sap. x. Jn ✓bis iſtis cōmendatur beatus Anthoni⁹ a
quinqꝫ. ſ. a ꝑfectione religionis ibi Juſtū deduxit dn̄s per vias re
ctas. A flore ↄtemplationis ibi oſtendit illi regnū dei. Ab excellen
tia predicationis ibi dedit illi ſcientiā ſanctoꝝ. Ab efficacia meri
torie operationis. ibi honeſtauit illū. A ꝑſeuerātia ſancte cōſum
mationis ibi. ⁊ ↄpleuit labores illius. ¶ Nota ꝙ via illius erat
aſpera in ingreſſu via mirabilis in ꝓgreſſu via recta in egreſſu. ¶
Primo dico ꝙ via iuſtoꝝ eſt aſpera in ingreſſu. Baruch. iiij. De-
licati mei ambulāt vias aſperas. Delicati iſti ſunt homines iuſti
qui a deo tenere diliguntur. delicato cibo. i. corpore chriſti nutriū
tur ⁊ fideli cuſtodia angeloꝝ cuſtodiunt̄. iſti ambulant vias aſ-
peras quādo in dei ſeruitio carnē ieiunijs vigilijs caſtigationib⁹
atterunt. Deſideria carnis frangunt. cōmoda mundi fugiūt. de-
licias contemnūt. ⁊ voluntatē dei in omnibus ꝑficere ſatagunt.
has vias propter aſperitatē multi abhorrent ⁊ ideo ad celū ꝑue-
nire nō poſſunt. iſtud conqueritur domin⁹ Math. vij. Anguſta eſt
porta ⁊ arta via que ducit ad vitam ⁊ pauci ſunt qui inueniūt eā
Jſtas vias beatus Anthoni⁹ ambulauit cū de ſeculo ad ordinē
ſancti auguſtini ⁊ de illo ad ordinē ſancti Franciſci tranſiuit.
Sed nota ꝙ ſunt tria que aſperitatē hui⁹ vite letificant. ꝑmū eſt
feruens caritas. ſcd̄m eſt exēplaritas. Terciū eſt mercedis ſubli-
mitas. ¶ Primū ergo eſt feruēs caritas. amanti eni nihil eſt diffici
le ꝑs. Viā mandatoꝝ t. cu. cū dila. cor m. ſupple per caritatem ꝑ
quā dilatatur cor meum vt diligat deum angelum ⁊ hominē bo-
num ⁊ malū propinquū ⁊ extraneū amicū ⁊ inimicū. q. dicēt. O
deus per caritatem quam dediſti mihi viam mandatoꝝ tuorum

videtur peccatoribus grauis et aſpera cucurri ⁊ aſperitatem nō
borrui. quia caritas facit eam leuem mibi eſſe. Certe beatus An⸗
thonius feruentē caritatem habuit ⁊ ideo aſperitatem religionis
nō abhorruit. ipſe enī caritatē habuit ad celuꝫ ideo deſiderabat
martiriū. ad ꝓximū iō die noctuqꝫ ſaluti aīaꝝ īuigilabat. Scdꝫ
ē xp̄i exēplaritas. quis ei abhorreat ſuſtinē ꝑ xp̄o. exq̊ ip̄e aſpera
ſuſtinuit propter nos mundum ingrediens cum in preſepio va
giret. Aſpera per mundū progrediens cū fameꝫ ſitim labores et
deriſiones ſuſtineret aſpera imo aſperrima de mūdo egrediēſ cū
in cruce mortē guſtaret. Hebre. x. Fratres hn̄tes fiduciam in itro
itu ſanctorum in ſanguine chriſti. quā iniciauit nobis viam no⸗
uam ⁊ viuentē per velamē. i. carnē ſuā ⁊ ſacerdotē magnū ſuper
domum dei. accedamus cum vero corde ⁊ ī plenitudie fidei. ſ. ad
illam viā nouā ⁊ viuentē que aſpera eſt. vetus via eſt via lata du
cens ad mortē. per hāc inceſſit Adā. Noua via eſt via aſpera ⁊ ar
ta ducens ad vitā per hanc inceſſit chriſtus dans tibi exemplū
vt ip̄m ſequaris. i. Pe. v. Chriſtus paſſus pro nobis vobis re. ex.
vt ſe. ve. eius. iſtud exemplū reſpexit beatus Anthoni⁹ ideo vt eū
imitaretur laborauit iugiter. ieiunando vigilando per terras diſ
currendo ⁊ predicationibus inſiſtendo ⁊ ad mortē pro xp̄o ſuſti⸗
nendo toto corde anhelando. ¶ Terciū eſt mercedis ſublimitas.
p̄s. ꝓpter v̄ba la. t. ego cuſ. vias duras. v̄ba iſta ſunt ꝓmiſſiōes
de mercede et̄na fcē fidelibus. q. d. O qꝫ magna ſunt que ꝓmittiſ
in celo ⁊ ideo aſpera nō abhorreo in mundo. Audi de v̄bis iſtis
quid dicat Math. x. Venite ad me omnes qui laboratis ⁊ oneri.
eſtis ⁊ ego reficiā vos. iſtā mercedē beatus Anthoni⁹ attēdit. iō
labores hui⁹ vite paruipendit ſciens eē ſcriptū. Ro. viij. Nō ſunt
cōdigne paſſiones hui⁹ tēpis ad futurā gloriam. Sꝫ heu multi
pro corpore fouendo graues labores faciūt ⁊ pro aīa ſaluanda
nihil volunt laborare oībus diebus vite ſue. Alijs ſeruiunt vt ha
beāt corpis neceſſaria. ⁊ nolunt deo ſeruire vt habeant ſempiter
na gaudia. vn̄ nō attendūt eternā mercedē ſꝫ tēpalem. tēpalia eniꝫ
ſapiūt eis nō et̄na. Tales fuerunt iudei qui dixerūt Numeri. Non
ſūt aq̄ deeſt panis. aīa nr̄a nauſeat ſup cibo iſto leuiſſimo. i. man
na in q̊ p̄figurabat̄ dulcedo et̄ne beatitudinis. ¶ Scdō via iuſto
rum eſt mirabil' in ꝓgreſſu Sap̄. Deduxit eos in via mirabili et

fuit illis in velamẽto diei.ſ.ne lederẽt per ardorẽ ſolis ⁊ i luce ſtel
larum nocte.ſ.ne errarẽt in tenebris noctis. Mirabile ẽ in die ſole
eſtuante ãbulare ⁊ ardorẽ ſolis non ſentire.in nocte tenebris exi-
ſtẽtib9 ãbulare ⁊ nõ deuiare.ſic ergo iuſti ſiue ſint in die ꝓſperita
tis nõ leduntˀ ꝑ ſuperbiã ſiue in nocte aduerſitatis nõ deuiãt per
impacientiã ⁊ iõ deus eos ꝑ viã mirabilẽ ducit. Sed nota ꝙ via
dei eſt mirabilis ꝓpter tria.pmo q2 quãto plus hõ ibi currit tãto
min9 offendit. Scdo q2 qᷓto diutius currit tãto min9 deficit.ter-
cio q2 qᷓto ibi hõ eſt pauꝑior tãto meli9 ibi hoſpiciũ inuenit.pmo
eſt mirabilis q2 qᷓto plus hõ ibi currit tãto minus offendit valde
mirabile eſt ꝙ ſtãs defacili offendit ⁊ currẽs nõ offendit. ille ſtat
in via qui a bonis oꝑibus vacat Math.xx. Quid hic ſtatis tota
die ocioſi.ille ỽo currit qui bonis oꝑibus inſiſtens ꝑ caritatẽ ad
patriã feſtinat hebre.xij. Curramus ad ꝓpoſitũ nobis certamen
iõ ⁊ talis de facili nõ offendit vt cadat in peccatũ Jo.xi. Qui am
bulat in die nõ offendit q2 lucẽ hui9 mũdi videt.qui ãbulat in no-
cte offendit q2 lux in eo nõ eſt. Qui ergo in via dei non vult offen
dere ille debet bonis oꝑibus inſiſtere.ido ſemꝑ aliquid boni ope
ris facito vt te dyabolus occupatuz inueniat.non facile capitˀ a
tentatore qui bono vacat exterius.ꝓpter hoc beat9 Anthoni9 in
bonis oꝑibus ſe exercitauit ne ꝑ dyaboli ſuggeſtionẽ in peccatuz
caderet vñ poterat dicere illud ps. Sederũt pn.⁊ aduerſum me
lo. Seruus aũt t.exer.in iuſtificationib9 t. Principes iſti ſunt pn
cipes tenebraꝝ qui tũc dicuntˀ ſedere qñ de tẽtatione hominũ co-
gitãt tũc dicuntˀ loqui aduerſus hominẽ qñ hominẽ ꝑ tentatiõez
moleſtãt. Scdo ẽ mirabilis q2 qᷓto diuti9 currit tãto min9 defi
cit. Valde mirabile ẽ ꝙ ille q̃ vadit per hãc viã ſicut pccõr q̃ ꝓ
ponit agere penitentiã vel ille qui incipit ire ꝑ hãc viã ſicut qui in
cipit agere penitentiã tales defacili fatigantur nec deficiũt yſa.xl
Deficiẽt pueri ⁊ laborabũt ⁊ iuuenes in infirmitatib9 ſuis cadẽt.
Qui aũt ſperant in domino habebunt fortitudinẽ ⁊ aſſument pẽ
nas vt aquile.current ⁊ nõ laborabunt.am bulabunt ⁊ nõ defici
ent.per pueros accipe peccatores.per iuuenes accipe homines in
cipiẽtes agẽ pniaz iſti deficiũt ⁊ defacili cadũt. Qui ãt in dño ſpe
rant ⁊ longo ei temꝑe ſeruiũt illi laborabũt ⁊ nõ deficiẽt. De nu-
mero hoꝝ fuit beat9 Anto.q̃ deo vſq; i finẽ fideliť ſeruiuit.vñ poteãt

dicere illud p̄s. Mihi autē adherere deo bonū eſt ⁊ po. in dn̄o d̄o
ſpem m. ¶ Tercio eſt mirabilis quia quāto hō ibi pauperioꝛ tāto
melius hoſpiciū inuenit. Nam pauperes ibi inueniunt optimum
hoſpiciū. Math. v. Beati pauperes ſpiritu qm̄ ipoꝝ eſt regnū ce/
loꝛum. Diuites autē ɔfidentes in diuicijs inueniunt peſſimū ho/
ſpicium .ſ. infernū. Luc. vj. Ve vobis diuitibus qui hic habetis
cōſolationē veſtrā. iſtud patet in diuite epulante ⁊ lazaro. Luc.
xvi. vbi dicit̄ Factum eſt vt moreret̄ mendicus ⁊ poꝛ. ab angelis
in ſinū Abrahe. mortuus eſt diues ⁊ ſepultus eſt in inferno. Cer/
te beatus Anthoni⁹ omnes diuicias mūdi ɔtempſit in paup̄tate
deo ſeruiuit ⁊ ideo modo in optimo hoſpicio .i. in celo requieſcit.
ſic patet ſ̄m ꝑncipale. ¶ Tercio via iuſtoꝝ ē recta ī egreſſu ꝓuer.
xix. Abominant̄ eos q̄ ī recta via nō ſunt. vere recta via eſt q̄ du/
cit hominē ad patriā ad quā tendit Hec eſt via iuſtorum que du
cit ad patriam celeſtem. ¶ Nota ꝙ hec via dicitur eſſe recta
ꝓpter tria. P̄mo qꝛ rectus eſt qui per eam incedit .i. bonus homo
Scd̄o qꝛ rectus eſt qui per eam deducit .i. deus. Tercio qꝛ rectus
eſt terminus ad quem illa via tendit .i. celeſtis patria. Primo eſt
recta qꝛ rectus eſt qui per eam incedit .i. bonus homo. Oſee xiiij.
Recte vie domini ⁊ iuſti ambulabūt in eis. Talis fuit beat⁹ An/
thonius de quo p̄t exponi illud Job. i. Erat vir ille ſimplex ⁊ rc̄s
ac ti. d̄m ⁊ re. a malo. vere rectus qꝛ rectā viam iuſticie tenuit ad
celeſtia erectus fuit ad iniquitatē ſe nō curuauit. Contra via pec
catorū eſt obliqua ideo errant. Sap. v. Errauimus a via verita
tis ⁊ lumē iuſticie nō luxit nobis. Scd̄o eſt via recta qꝛ rectus ē
deus qui per eam deducit. P̄s. Rectus dn̄s deus noſter ⁊ nō ini/
quitas in eo. vere rectus in quo nulla eſt obliquitas. Rectus inq̄
in promiſſis qꝛ nullū fefellit. Rectus in factis qꝛ oia recta agit. re
ctus in iudicijs qꝛ recte iudicabit. Iſte inquā rc̄s dn̄s deducit p
hāc viā Jere. 3i. Deducā eos ī viā rc̄am. p torrētes aq̄ꝝ accipe
tribulationes p̄ntes que comparant̄ aquis qꝛ ſunt multe qꝛ ſunt
tranſitorie qꝛ ſunt purgatorie. Quid murmuras o homo ſi tribu/
lationes ſuſtines rectus deus ideo ꝑmittit tribulari ne in eternū
tribuleris hic per tribulationes te purgat vt in eternū gaudeas.
P̄s. Cū ipſo ſum in tribulatione eri. e. ⁊ gl. e. ¶ Tercio ē rectus qꝛ
rectus eſt terminus ad quē illa via deducit .i. celum. P̄s. Deduxit

eos in viam rectā vt irent in ciuitatē ha. Hec ciuitas eſt celeſtis
patria in qua omnis boni eſt abundātia ad quā ſiquis ꝑuenerit
nūq̄ȝ eſuriet nūq̄ȝ ſitiet nūq̄ȝ triſtabit᷑ nunq̄ȝ morietur nunq̄ȝ tene
bras eternas experiet᷑ ad hāc nullus peccator perueniet. De hac
ciuitate dicitur Apo.xxi. Ciuitas illa nō eget ſole neq̄ȝ luna vt lu
ceant in ea nā claritas dei illuminabit eam ⁊ lucerna eius agnꝰ
eſt nō intrabit in eam aliquid coinquinatū ⁊ faciens abominati-
ones. ad hanc peruenit hodie beatus Anthonius cuius meritis
ad eandē ciuitatē nos perducat qui vi. ⁊ regnat de.

## In natiuitate ſancti Johānis baptiſte

Multi in natiuitate eius gaude. erit eni magnꝰ coram do
mino Lu.i. In vbis iſtl. circa natitatē Jo. duo deſcribūt᷑
Primū eſt natiuitatis eius vtilitas ibi Multi i na.c.glō
Nato precurſore multi gaudebūt. nato dn̄o magnū gaudiū nūci
atur qḋ erit omni populo. qꝛ hic ſalutem multis predicat. ille vo
omnibꝰ dat. Scḋm eſt naſcentis dignitas. ibi. erit eni magnꝰ co
ram dn̄o. ⁊ ideo debemuſ eum hodie honorare ⁊ natiuitatē eius
colere vt cum ip̄o poſſimus eternaliter gaudere. Nota qꝫ bea-
tus iohānes dicit᷑ magnus ꝓpter quinq̄ȝ. videlicet ꝓpter ſanctifi
cationis eius in vtero ſingularitatē. ꝓpter ꝯuerſationis eiꝰ i mū
do ſanctitatē. ꝓpter ꝓphetationis de chriſto raritatem. Propter
p̄dicationis ipſiꝰ vtilitatē. et propter paſſionis dignitatē. Primo
dicit᷑ eſſe magnus propt᷑ ſanctificationis eius in vtero ſigularita
tem. ip̄e enim in vtero fuit ſanctificatuſ ⁊ a peccato originali mū
datus. Lu.i. Erit magnus corā dn̄o ⁊ ſpiritu ſancto replebit᷑. ad
huc ex vtero m.ſ. ⁊ qꝛ ſine peccato natus eſt. ideo natiuitas eius
celebratur ideo de ip̄o legit᷑. Jere.i. priuſq̄ȝ te for. in vtero noui te
⁊ anteq̄ȝ ex. de ventre ſanctificaui te. valde magnificauit eū domi
nus qn̄ eum in vtero matris ſanctificauit ⁊ ſimilit᷑ dominus ma
gna facit cum homine quādo ſanctificat eum in baptiſmo ⁊ ideo
omnis xp̄ianus debet in dn̄o exultare ⁊ eum honorare qꝛ iohan
nes etiā in vtero exultauit. vn̄ mater eius dixit Lu.i. Exul. infans
in vtero m. Cui inq̄ȝ ſanctoꝝ hoc collatum eſt vt in vtero exulta-
ret. niſi iohāni. bn̄ in vtero exultare potuitqꝛ veſtem inocentie p-
ditam in primis parentibus per graciā in vtero recepit. vn̄ ip̄e po
tuit dicere illud Jere. ⁊ yſa. lviij. Gaudens gaudebo in dn̄o ⁊ ex-

vltauit anima mea in deo meo quia induit me veſtimento ſalutis
.i.innocentie ſine qua nemo ſaluatur.ve his qui hanc veſtē ↄtem
nunt recipere ſicut pagani iudei.vel qui receptam per peccatum
polluunt ſicut mali chriſtiani tales nunquā ſaluabuntur. De pri
mis dicitur Jo.iij. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſan-
cto nō poteſt intrare regnū dei.de ſcdis dicitur.yſa.ix. Veſtimen
tum mixtum ſanguine erit in cōbuſtionem ⁊ in cibū ignis. Audi
o chriſtiane ſi poſt baptiſmū veſtem innocentie per peccata pollu-
iſti.laua per veram contritionem ⁊ puram confeſſionem continu
am ſatiſfactionem ne in die iudicij ſuſtineas confuſionē Apoc.iij.
Veſtimentis albis induaris vt non appareat confuſio nuditatis
tue. Scdo dicitur eſſe magnus ꝓpter conuerſationis eius in
mundo ſanctitatem.ideo prefiguratus eſt Job.i. Erat vir rectus
⁊ ſimplex ⁊ timens deum ⁊ recedens a malo.⁊ ſequitur. Eratq̃ vir
ille magnus inter omnes orientales. Job interpretatur magnus
⁊ ſignificat beatū Johānem baptiſtā qui fuit magnus inter oīs
orientales.i.inter bonos qui illuminantur per ſolem gracie ⁊ hoc
ꝓpter conuerſationis ſanctitatē. Fuit etl. ſimplex ⁊ timens deum
⁊ re.a malo. Certe beatus Johānes fuit ſimplex.ſ.veritatē ſimpli
citer ↄfitēdo. Cū enī ſanctitatis tāte eēt vt crederent eē xp̄s Judei
miſerūt ad eū interrogātes. Tu quis es ⁊ ↄfeſſus eſt ⁊ nō negauit
ↄfeſſus ē qꝛ nō ſum ego xp̄s. ꝑ hāc ſimplicitatē deo placuit. ꝓuer
iij. Abominatio ē deo oīs illuſor ⁊ cū ſimplicib⁹ ſmocinatio eius
Ille illuſor eſt q̄ decipit ſeipm̄ putās ſe eē magnū in oculis dn̄i et
inde ſe ſuꝑ alios extollit ſic̄ ille phariſe⁹ q̄ reputās ſe magnū con-
tempſit publicanū. Luc̄.xviij. Talē abominatur de⁹ a ſua grā exclu
dēdo. p̄s. Viꝝ ſanguinū ⁊ doloſum ab.de. Cuz ſimplicib⁹ aūt q̄
ſe humiliādo veritatē ꝓfitentur eſt ſmocinatio ei⁹ qꝛ tales deo pla-
cent ⁊ ab eo ↄmendantur.talis erat beat⁹ iohēs de q̄ dicit xp̄s Lu
vij. Quid exiſtis in deſ.vi. ꝓphaꝫ etiā dico vobis pl⁹ q̄ꝫ ꝓphetā.
Itē fuit rect⁹ deū toto corde diligēdo Ille rect⁹ ē qui ꝑ dilectionē
recte adheret deo Cā.i. Recti diligūt te. q̄ ↄtra de peccatorib⁹ dicitur
in p̄s. Dilexerūt eū in ore.ſ.⁊ lingua ſua ⁊c̄. Item fuit timēs bona
faciendo Ecc̄.xv. Qui timet deū facit bona.talis erat Jo.q̄ carnē
ſuā ꝑ duꝝ habitū ⁊ magnā abſtinentiā macerauit baptiſando p̄
dicando homines ad pniāꝫ inuitauit. Itē fuit recedens a malo.

peccata vitā

peccata vitãdo nõ dico de peccatis mortalibus q̄ ſicut magiſtri
dicũt i ſanctificatione ſua in vtero illam gratiaꝫ a deo accepit ꝙ
de cetero peccare mortaliter nõ potuit ꝫ dico de venialibus a q̄/
bus etiã ſibi maxime cauit. vñ de ipſo cãtatur Antra deſerti tene
ris ſub ãnis ci. tur. fu. pc. ne leui ſaltẽ ma. vi. fa. po. ¶ Tercio dici
tur eē magnus ꝑpter prophetatiõis de chriſto raritatẽ. Lu. vij.
Maior iter na. muli. ꝑpheta iohãne nõ ẽ. Quis eni ꝑphetaꝝ talit
ꝑphetauit de chriſto ſicut iohãnes. certe nullus. Alij ꝑphetaue
runt xp̄m venturum. iohãnes oſtendit pñtem. Alij ꝟbis ꝑpheta/
uerunt iohãnes digito demonſtrauit. Alij ꝑuiderunt xp̄m oculo
mẽtis. ꝫ iohãnes oculo carnis. vñ ip̄m oſtendẽs digito dixit Jo. i
Ecce agnus dei ecce qui tollit pcc̄a mũdi. hoc excitat homieſ ad
credendum cũ dicit. Ecce. q. d. Jſte ẽ de quo ꝑphete om̄s locuti
ſunt. quẽ ꝑphete voluerunt vidẽ ⁊ nõ viderũt illum nunc oſten/
do vobis vt in eum credatis. inuitat ad credendũ per ſpem cũ di
cit agnus dei. Quondã fuit vt leo ferociſſimꝰ propter iuſticie ſe/
ueritatẽ nũc eſt agnus mãſuetiſſimus propter miſericordie pieta
tem. ideo debes ſecure accedere vñ p̄s. Accedite ad euꝫ ⁊ il. ⁊ fa.
veſtre nõ ꝯfun. Jtẽ monet ad diligendũ cuꝫ dicit qui tollit pecca
ta mũdi. ⁊ hoc ꝑ ſuã paſſionẽ in qua oſtendit maximũ ſignũ di/
lectionis ⁊ ideo dignũ eſt vt eũ diligamus. Cõſidera q̄ꝫtuſ ꝑphe
ta Jo. fuit qui tam ſignanter de chriſto ꝑphetauit. q̄ꝫutilis qui ꝑ
phetãdo hoies ad fidẽ ſpem ⁊ caritatẽ inuitauit. ideo pater eiꝰ re
pletus fuit ſpiritu ſancto ꝑphetãdo de ip̄o dicit. Tu puer ꝑpha
altiſ. vo. p̄. eni an. fa. do. pa. vi. eius. Ad dandã ſci. ſa. ple. e. Hono
ra hũc ꝑphetã vt pro te oret ꝙ dñs te in fide ꝯſeruet. in ſpe ꝯfir
met. in caritate perficiat. ſi has tres ꝟtutes habueris nũq̄ꝫ dam/
naberis. ¶ Quarto dicit eē magnus ꝑpter p̄dicationis vtilitatẽ.
illa doctrina vtilis ẽ qñ doctor illud oñdit exemplis qđ p̄dicat ꝟ
bis. talis fuit doctrina iohãnis. vñ de ip̄o põt dici illud Math. v
Qui fecerit ⁊ do. hic mag. vo. in reg. ce. Cõſidera q̄ꝫutilis fuit do
ctrina iohãnis qui docuit monẽdo ſicut patet Luc. iij. ibi eni mo
net turbas ad miſericordiã. officiales vt ſeruẽt iuſticiã. militeſ ne
opprimẽt pauperes ꝑ violentiã. Jtẽ docuit arguẽdo. arguit ei he
rodem Marci. vi. Nõ licet tibi habere vxorẽ fratris tui. Officiũ p̄/
dicationis eſt peccantes arguere. ij. Thi. iiij. Predica ꝟbuꝫ inſta

oporꝫ.importune.argue obſecra increpa in oī pa. ⁊ doctrina. Jtē docuit cōminando Luc.iij. Dixit ad peccatores iuratos Geni/mina viperaꝝ quis oſtendit vobis fut.a ventura ira.iam ſecuris ad ra.ar.po.eſt. Oīs arbor q̄ nō facit frc̄ꝫ bonū excidet̄ ⁊ in ignē mittet̄. Jtē docuit premiū ꝓmittendo Math.iij. Penitentiā agite appropinquabit enī regnū celoꝝ. Attēde o homo hui⁹ doctoris monitiones vt bonū agas.redargutiones vt peccare deſiſtas.cōminationes vt timeas.ꝓmiſſiones vt celeſtia appetas. ¶ Quinto dicit̄ magn⁹ ꝓpt̄ paſſionis dignitatē vn̄ de eo pōt exponi qđ legitur de yſaac Gen̄.xxvi. Jbat ꝓficiens ac ſuccreſcens donec vehementer magn⁹ effect⁹ eſt ⁊ bn̄ yſaac figurā tenet ſancti ioħis ba/ptiſte qꝛ yſaac gaudiū int̄pretat̄ ⁊ de iohāne dictū eſt Multi in natiuitate ei⁹ gau.yſaac natus fuit de muliere ſterili ⁊ ioħes ſimilit̄. Conceptio yſaac fuit prenūciata ⁊ ioħis ſimilit̄. Jo.ibat ꝓficiēs ⁊ ſuc/creſcēs ꝑ ꝟtutū opationē donec magn⁹ effect⁹ ē ꝑ amarā paſſionem Nūq̄ꝫ enī paſſio hoīeꝫ in ꝯſpc̄u dei martirē faceret niſi cū paſſione ꝟtutes h̄ret vn̄ fures ⁊ latrones q̄ꝫuis multa paciant̄ non tn̄ fiūt martires qꝛ talia ꝓ ſcelerib⁹ ſuis paciūt̄ Scs ꝟo Jo.ꝟtu/tibus floruit ꝓ veritate mortē ſuſtinuit ⁊ ideo per paſſionē ſuam magnā mercedē ꝓmeruit p̄s. Preueniſti eū in benedictiōib⁹dul. Jpſe po.in ca.ei⁹ co.de la.preci.glo.⁊ magnū deco.impo.ſuꝑ eū. Jpſe eiꝫ in celo portat q̄drupl icē coronā.vnā que vocat̄ aurea ⁊ hec reſpicit premiū ſubſtātiale. Alie tres vocant̄ aureole ⁊ ille reſpiciūt premiū accidentale p̄mā illaꝝ habuit qꝛ fuit virgo. Scd̄aꝫ qꝛ doctor. Terciā qꝛ martir. Magnus eſt ergo ſanctus iohannes propt̄ paſſionē per quā ad tantā gloriā peruenit Si enī innocētes occiſi ab herode dicunt̄ magni apud deū propter paſſionē quā pro xp̄o nō voluntarie ſuſtinuerūt. Si martires poſt chriſtū paſſi voluntarie dicunt̄ magni qꝛ tn̄ exēplū paciendi a xp̄i paſſione receperunt multo magis ſanct⁹iohānes debet dici magn⁹ qui volūtarie pro veritate ⁊ an̄ xp̄m paſſus fuit ⁊ bn̄ ante xp̄m paſſus fuit qꝛ p̄curſor xp̄i fuit ⁊ iō debuit ip̄m precurrē non ſolum naſcendo bapti/zando predicando ꝫ etiā moriendo ⁊ ad limbū deſcendendo vt eidem tanq̄ꝫ dn̄o ſuo viam p̄pararet vnde de eo dicit̄ Malach.iij. Ecce ego mitto angelū meū qui preparabit viā an̄ fa.m. Angeluſ ille ē ſcūs Jo.q̄ fuit āgel⁹ nō natura ꝫ officio qꝛ h̄ in mundo filis
fuit angelis

ſuit angelis per inocentie puritatem modo in celis ſimilis eſt eis
propter glorie perennitatē ad quā nos perducat ihus xp̄s Amē.

De ſanctis Petro ⁊ paulo.

PRincipes populoꝝ ꝯgregati ſunt cum deo Abrahā. p̄s.
Verba iſta p̄nt exponi de duobus p̄cipuis apoſtolis pe-
tro ⁊ paulo qui fuerunt apoſtoli ⁊ p̄ncipes duoꝝ populoꝝ.ſ. iu-
deoꝝ ⁊ gentilium qui hodie mortē pro xp̄o ſuſtinuerūt ⁊ ſic ad
celeſte regnū ꝑuenerūt. Cōmendant aūt iſti apoſtoli hic a tribuſ
.ſ. ab apoſtolatus dignitate. ibi p̄ncipes populoꝝ. Apoſtoli enim
propter eoꝝ dignitatē vocātur p̄ncipes. Scd̄o a cōcordi carita
te. ibi ꝯgregati ſunt. Tercio a glorie ſublimitate. ibi cū deo Abra
Magna gloria eſt cū deo eſſe in regno celoꝝ. hoc orauit chriſtus
iminente paſſione. Jo. xiiij. Pater quos dediſti mihi volo vt vbi
ego ſum illi mecum ſint vt videāt claritatē meā. ¶ Nō ꝙ in p̄nci-
pibus debent eſſe q̄tuor. p̄mum eſt nobilitas generis. Scd̄m eſt
ſtrenuitas fortitudinis ſiue roboris. Terciū eſt veritas in dictis
Quartū eſt eq̄tas in iudicijs. Dicunt ergo bene iſti apoſtoli per
adoptionē p̄ncipes rōe ſpiritualis nobilitatis q2 per adoptionis
grāꝫ filij dei exſtiterūt rōe fortitudinis q2 ꝯſtanter multas paſſio-
nes ꝓ xp̄o ꝑtulerūt rōe veritatis quā p̄dicauerūt rōe iudicialis
equitatis q2 cū chriſto mundū iudicaturi ſunt ¶ P̄mo dico ꝙ apo
ſtoli dicunt p̄ncipes rōe ſp̄ūalis nobilitatis q2 ꝑ adoptionis gra
ciam filij dei exſtiterūt. vnde de ipis dicit in p̄s. Pro patrib9 tuis
na. ſunt ti. fi. cō. e. p̄n. ſuꝑ omneꝫ terram. Vba iſta ſunt ꝓphete de
xp̄o cuiuſ patres ſm̄ carnē fuerunt patriarche de quibus Maria
mater xp̄i duxit originē. Filij vero chriſti dicunt apoſtoli rōe imi-
tationis ⁊ rōe dilectionis q. d. ꝓpheta. Ex quo nobiles prophete
mortui ſunt in locū illoꝝ nobiles apoſtoli ſurrexerūt nobileſ inq̄
nō carne q2 fuerunt piſcatores ⁊ rudes ſꝫ ſp̄u. q2 fidei doctores ⁊
mundi p̄ncipes. Conſidera nobilitatē apoſtoloꝝ in hoc ꝙ filij dī
⁊ mundi principes vocati ſunt. ꝓ patribus tuis inquit nati ſunt
tibi filij ꝯſtitues eos principes ſuper omnē terram. Si magne no
bilitatis eſt eſſe filium terreni regis. multo maioris nobilitatis eſt
eē filiū ⁊ p̄ncipē celeſtis regis. ſi magnū eſt eē p̄ncipē in vna terra
multomagis ē eē principē in omni terra. Magne ergo nobilitatis
fuerūt apoſtoli q2 fuerūt filij dei ⁊ ſuꝑ oēꝫ terrā p̄ncipes ꝯſtituti

non filij fuerūt degeneres paternis p̄ceptis rebelles vt iudei ⁊ q̄/
les adhuc ſunt mali chriſtiani de quib⁹ conquerit̄ dn̄s yſaie.i.Fi
lios enutriui ⁊ exaltaui ipſi aūt ſpreuerūt me.Ʒ iſti fuerunt filij no
biles patrē ſuū diligētes ⁊ eius preceptis in oībus obedientes.Jo
xiiij.Qui habʒ mandata mea ⁊ ſeruat ea ille eſt qui diligit me.cer
te tales fuerūt apoſtoli Pe.⁊ pau.qui deū toto corde dilexerunt.
Audi quid petrus dicat cū eni interrogaret̄ a chriſto.Symon pe
tre diligis me plus his R̄ndit Dn̄e tu omnia noſti tu ſcis q̄ꝛ amo
te Jo.vltimo.Ter requiſitus an diligeret.ter rn̄dit ſe diligere q̄ꝛ ei
ter negauerat ex timore.ideo poſt penitentiā ter confitet̄ ſe fixum
in eius amore.vnde gloſa trine negationi trina redditur confeſſio
ne minus amori lingua ſeruiat q̄ꝫ timori.Audi etiā quid paulus
dicit de dilectione ſui ad chriſtū Ro.viij.Cert⁹ ſum q̄ neqꝫ mors
neqꝫ vita neqꝫ angeli neqꝫ p̄ncipatus neqꝫ creatura aliqua poterit
nos ſeparare a caritate dei que eſt in chriſto iheſu.Audi o chriſti
ane ſi vis eſſe filius dei debes eū diligere vt bonū facias.debes eū
timere vt malū caueas.debes ei obedire vt mādata eius p̄ficias.
Deu.x.Et nunc iſrahel quid dominus petit a te niſi vt timeas do/
minum deum tuum ⁊ ambules in vijs eius ⁊ diligas eum ⁊ ſerui
as domino deo tuo in toto corde tuo.Cuſtodiaſqꝫ mandata do/
mini dei tui.Boni ſunt filij qui ſic ſe habent ad patrem celeſtem
iſti eternam hereditatem poſſidebunt Romanoꝝ octauo.q̄ ſi filij
⁊ heredes here. quidem dei co.aut chriſti ⁊ quia iſti apoſtoli tales
fuerunt filij in mundo ideo nunc regnant in celis cum chriſto.
¶ Scdo dicuntur eſſe principes ratione fortitudinis quia ꝯſtant̄
multas tribulationes pro chriſto pertulerunt Exodi xviij. Dicit
q̄ moyſes electis viris ſtrennuis de cuncto iſrahel conſtituit eos
principes populi.Moyſes legiſlator ſignificat chriſtum qui dedit
nouam legem.Principes populi ſtrennui ſignificant fortes apo/
ſtolos.Illi fuerunt fortes in bello corporali Iſti in bello ſpiritua/
li.Illi fortes contra hoſtes iſti fortes contra demones.Illi bella/
bant pro terrenis. iſti p̄ eternis. Iſtos ergo principes id eſt apo
ſtolos chriſtus elegit non ſolum de cuncto iſrahel ſed etiaʒ de cū/
cto mundo vt preeſſent fidelibus.Joh.xv.Elegi vos de mundo ⁊
poſui vos vt eatis ⁊ fructum afferatis ⁊ fructus veſter maneat
⁊ quodcunqꝫ pecieritis patrem in nomine meo.⁊c̄.vnde de paulo
dicit domin⁹

dicit dñs Act.ix. Vas electionis eſt mihi ille vt portet nomẽ meũ corã g. ⁊ re. ⁊ fi. iſrl. Conſidera fortitudinẽ hoꝝ apoſtoloꝝ q̃ taz multiplices paſſiones ꝑ xp̃o tam ꝯſtanter ꝑtulerũt. q̃uis eiꝫ ad tẽpus iſti apoſtoli fuerũt infirmi. ſ. Petrus qui ter negauit xp̃m. Paulus qñ in ꝑſequẽdo eccleſiã ſuggeſtionibus dyaboli adquieuit tñ poſtmodũ ſp̃uſancto ꝯfortati adeo fortes facti ſunt ꝙ nullis minis ⁊ tormẽtis a fide chriſti euelli potuerunt. legit̃ Act. iiij. ⁊ v. de petro ꝙ cũ loqueret̃ de fide a ꝑ̄ncipibus ſacerdotuꝫ ꝓhibebatur ⁊ cum nollet ceſſare capiebatur ⁊ incarcerabatur ⁊ flagellabatur ⁊ tamen a p̄dicatione nõ ceſſauit. imo cũ magna cõſtantia dixit. Obedire magꝰ oꝑtet deo q̃ꝫ homini. Audiſti de fortitudine petri. audi nunc de fortitudine pauli. qui poſtq̃ꝫ eſſet q̃nquies flagellatus. ter virgis ceſuſ. ſemel lapidatꝰ. vinculiſ catenatus. ⁊ multa ꝑicula ⁊ multa tormenta paſſus. Fidem adhuc ſeruauit ſicut ip̃e dicit ij. Thi. iiij. Bonũ certamẽ certaui fidẽ ſeruaui. vere igit̃ principes fuerũt apoſtoli qui adeo fortes in bello extiterunt. vnde de ip̃is dicit̃ in p̄s. Nimis ho. ſunt ami. t. d. ni. cõ. eſt p̄n. e. Certe principatus hoꝝ apoſtoloꝝ hodie fuit ꝯfortatus qñ p̄ceptum Neronis ꝯtempſerunt fidem ꝯſtantiſſime ꝓfeſſi fuerũt mortẽ pro chriſto libentiſſime ſuſtinuerunt. ⁊ qꝛ fortes fuerunt in fide. feruentes in caritate acuti in dei contemplatione. occiſi vno die ideo de ip̃is põt exponi id qđ dicit̃. ij. Re. i. Saul ⁊ Jonathas amabiles ⁊ decori in vita ſua in morte quoqꝫ nõ ſunt diuiſi. aq̃lis velociores. leonibus fortiores. Fortitudo apoſtoloꝝ fuit a ſpirituſancto ⁊ ideo ſeparari nõ poterant a ſp̄u maligno. huiuſmõi fortitudo neceſſaria eſt oĩbus xp̃ianis ꝑ quã poſſint dyabolo reſiſtere. tribulationes pacienter ſuſtinẽ. fidẽ vſqꝫ ad mortẽ integrã ſeruare. ſꝫ heu quidã adeo ſunt debiles in ſpiritu ꝙ in nullis tẽtationibus reſiſtunt. Tre. i. Facti ſunt p̄ncipes velut arietes nõ inuenientes paſcua abierunt abſqꝫ fortitudine ante faciẽ ſubſequẽtis. i. dyaboli impugnãtis. Principes iſti ſunt ſinguli xp̃iani qui ad hoc eliguntur in baptiſmo vt cum dyabolo pugnent ⁊ eternũ regnum poſſideant. Jſti abeunt ante faciẽ dyaboli quãdo ei non reſiſtunt ſꝫ volũtarie conſentiunt abierũt inquit velut arietes nõ inuenientes paſcua. ſicut enĩ arietes ſunt debiles ſine paſcuis. ſic chriſtiani ſine gracia ſunt debileſ que paſcit animã Labora ergo

per gratiā ſi vis fortitudinē habere.ſ.ſ. Si vis dyabolo reſiſtere ſi
vis tentationes vincere vñ ad hebre.iʒ. Optimū eni eſt gratia ſta
bilire cor.nō eſcis que nō ꝓfuerūt ambulātib⁹ in eis. ¶ Tercō di
cūtur ꝑncipes ratiōe veritatis quā predicauerūt. ad ꝑncipē enim
ſpectat v̄ba dicē. ꝓuerbio.vij. Nō decēt ſtultū v̄ba compoſita nec
principē labium mentiēs. Iſti ergo apoſtoli ꝑncipes fuerūt qꝛ ve/
ritātē ſicut a chriſto docti fuerunt ꝑdicauerunt docētes v̄am do/
ctrinam que ducit ad vitā.vnde de ipſis exponitur quod dicitur
Joſue.i. Precepit Joſue ꝑncipib⁹ populi dicens tranſite per me/
dium caſtroꝝ ⁊ imperate populo ⁊ dicite preparate vobis cibaria
qm̄ poſt diem terciū trāſibitis iordanē ⁊ intrabitiſ ad poſſidendā
terrā quā dn̄s deus noſter daturus eſt vobis. Joſue qui alio noīe
dictus iheſus ſignificat chriſtū qui precepit ꝑncipib⁹ populi id ē
apoſtolis vt irent per mediū caſtroꝝ.i.per totū mundū ⁊ dicerēt
populo vt prepararent cibaria.i.facerēt opera v̄tuoſa q̄b⁹ aīa cō
fortatur ne deficiat qꝛ poſt diē terciū tranſituri ſunt iordanē.i.flu
xum hui⁹ mundi ⁊ intraturi terrā ꝓmiſſionis.i.celū.per tres di/
es accipe triplicem ſtatū nature humane.ſ.ꝑncipiū mediū ⁊ finē
Prim⁹ dies eſt tempus illud quo homo incipit viuere in vtēo ma
tris Scd̄us dies eſt illud tempus in quo homo naſcit̄ extra vteꝝ
Tercius eſt quo homo morit̄. Qui ergo preparat ſibi cibaria bo/
norum operum ille poſt diem tercium.i.poſt mortem trāſibit Jor/
danem.i.euadet miſerias huius mundi ⁊ intrabit regnū celorum
Iſtud predicauerūt apoſtoli vnde dn̄s dixit eis Math.vlti. Eūtes
in mundū vniuerſum predicate euangeliū omni creature Qui cre
diderit.i.fidem cum operibus habuerit ⁊ baptizatus fuerit ſalu⁹
erit. Conſidera q̄ʒferuenter iſti duo apoſtoli fidem predicauerunt
petrus precipue in iudea paulus in grecia.tandem ambo venien/
tes romā ⁊ fidem predicantes pro fide paſſi ſunt ⁊ quia fidē tam
feruenter predicauerunt ideo in celo ⁊ in terra honorē magnū cō
ſecuti ſunt. Dan.xij. Qui ad iuſticiā erudiunt multos fulgebunt
q̄ſi ſtelle in perpetuas eternitates. Merito anime coꝝ fulgent in ce
lis quoꝝ doctrina fulſit in terris vnde de ipſis canit eccleſia. Iſti
ſunt quos elegit dominus in caritate nō ficta ⁊ dedit eis domin⁹
gloriā ſempiternā quoꝝ doctrina fulget eccleſia vt ſol ⁊ luna. Au
di o xp̄iane ſi nō potes fulgere per doctrinā alios informādo ful/

fulgeas ſal

geas ſaltem per bonā vitā alios edificando ⁊ venies ad lucē eter-
nam Jo.viij. Dicit dñs Qui ſequitur me non ambulat in tenebris
ſ; habebit lucē vite. ¶ Quarto mō dicunt̄ eſſe ꝑncipes ratione iu-
dicialis equitatis qꝛ mundū cum chriſto iudicaturi erūt. ad ꝑnci
pes ſpectat iuſte iudicare ſ; certe apoſtoli cū chriſto iuſte iudica-
bunt yſa.32. Ecce in iuſticia regnabit rex ⁊ ꝑncipes in iudicio p̄-
erunt hoc erit in nouiſſimo die qñ apoſtoli cū chriſto iudicabunt
ſicut ꝓmiſſum eſt Math.xix. Amē dico vobis ꝙ vos qui reliqui-
ſtis omnia ⁊ ſecuti eſtis me in regeneratione cū ſederit fili⁹ homi
nis i ſede maieſtatis ſue. Sedebitis ⁊ vos ſup ſedes xij.iud.xij.tri
bus iſrahel. Conſulo tibi o homo vt honores aplos in hoc mun-
do vt ipſi te adiuuent in tremendo iudicō. Cōſuetudo eſt in mūdo
qñ aliquis homo debet aſtare corā iudice tunc debet ſibi prouidē
de bono aduocato. ſic homines chriſtiani cogitātes de futuro iu
dicio ſolent eligere apoſtolos ⁊ illos ſpecialiter honorare ieiunijs
oblationibus orationib⁹ vt eoꝝ meritis euadāt eternā penā. cer
te hodie iſti duo apoſtoli fuerunt ſub Nerone iniuſte iudicati ad
mortem temporalem quia petrus crucifixus Paulus decollatus
ſ; in futuro iudicio cum deo iudicabunt Neronē iuſte ad mortem
eternā Sap.v. Stabūt iuſti in magna ꝯſtantia aduerſus eos qui
ſe anguſtiauerūt ⁊ q̄ abſtu.la.eoꝝ. O ꝙ horribiliter timebunt ma
li qñ bonos quos hic turbauerūt deriſerūt occiderūt in tāto ho-
nore ſedentes cū xp̄o videbūt vt ſniaʒ a xp̄o ꝓferendā approbent
qñ peccata eoꝝ toto mūdo manifeſta erūt qñ demones eos accu
ſabunt qñ mūdus ardebit infern⁹ patebit qñ null⁹ ſanct⁹ nec etiā
beata ꝟgo pro eis orabit qñ nō poterunt effugere nec emendā pro
mittere nec aliquā graciā inuenire nec iudicē aliq̄ mō lenire. Co
gita miſer pctōr de illo tremēdo iudicio ⁊ emenda ſtatū tuū ⁊ age
pniaʒ ⁊ inuenies grām. tā graue ⁊ intolerabile erit pctōrib⁹ in il
lo iudicio cū peccatis apparere ⁊ faciē iudicis videre ꝙ illo tēpe
libenti⁹ eſſent in inferno ꝙ; cū tanto metu ⁊ tremore ⁊ confuſione
aſtare in illo iudicio vnde Job petit in pſona peccatoris d. Quis
mihi hoc tribuat vt in inferno ꝓtegas me ⁊c. vſq; in quo recorde
ris mei. ideo ſanct⁹ ꝓpheta orat Nō intres in iudicō cū ſeruo tuo
qꝛ nō iuſti. in ꝯſpe. tuo o.v. Rogem⁹ dñm vt meritis hoꝝ aplorū
fiat nobis tūc ꝓpici⁹ ⁊ ꝑducat nos ad regnū celoꝝ Amen

## De ſancto Paulo apoſtolo.

SOl in aſpectu annuncians in exitu vas admirabile opus
excelſi. Ecc. xliij. qꝛ de beato Paulo cātat eccleſia. O glo
rioſam lumen omniū eccleſiaꝝ ſole ſplēdidius. ⁊ chriſtus
de ipō dicit Vas electionis eſt mihi iſte vt por. nomē meū co. gē.
⁊ fi. iſrł. ideo ꝟbum illud in quo fit mentio de ſole ⁊ vaſe. Cōgrue
de ſancto paulo exponit̄. Et cōmendatur hic ſanctus Paulus a
quatuor. Primo a vite eminentia ibi cū dicit̄ ſol. Sc̄do a doctrie
ſufficientia cū dicit̄ in aſpectu ānuncians. Ille ſufficienter docet
qui in aſpectu ānunciat qui hoc qd̄ voce p̄dicat exēplo oſtendit.
Tercio ꝯmendat̄ a paſſioniſ meritorie ſuſtinētia cū dicit̄ In exitu
vas admirabile. Quarto a glorie excellētia ibi opus excelſi. Nō
ꝙ in ſole inueniunt̄ q̄tuor. ſ. Situs ſublimitas. motus velocitas.
Splēdoris luminoſitas. caloris cauſalitas. ꝓpter hec q̄tuor bea
tus paulus ꝯparat̄ ſoli. p̄mo qꝛ habuit vite ſublimitatē ſancte vi
uendo. Sc̄do qꝛ habuit motus velocitatē. multas terras ꝓ ſalu
te animaꝝ trāſcurrendo. Tercio qꝛ ſplēdorē habuit lumē doctri
ne aliis infundendo. Quarto qꝛ habuit calorē in caritate dei ⁊ p
ximi feruendo. Primo ꝯparatur ſoli qꝛ vite habuit ſublimitatem
ſancte viuendo. Ecc. 26. Sicut ſol oriens mundo in altiſſimiſ dei
ſic mulieris bone ſpēs in ornamentū domus ſue. Cōgrua compa
ratio mulier bona ⁊ pulcra ornat domū ſic ⁊ beatus Paulus ꝑ
ꝯuerſationis ſanctitatē tanq̄ ſol ornauit domū eccleſie ſiue mun
dum. Sol nāq; materialis in altis fulgēs ornat terrā. ſic beatus
paulus ꝑ ſublimitatē ꝯuerſationis ornauit eccleſiā. ſicut eniꝫ ſol
quādo eſt in alio emiſperio terra noſtre habitationis obſcuratur
⁊ quādo ad noſtrū emiſperiū reuertit̄ terra illuſtrat̄ ⁊ ornat̄. ſic
reuera qn̄ beatus paulus fuit in emiſperio iudaice infidelitatis ec
cleſia multas ꝑſecutōes ab eo ſuſtinuit. qn̄ ꝟo declinauit ad nr̄m
emiſperiū ⁊ fidē recepit. ecc̄ ꝑ ipm̄ m̄ltiplicit̄ ē illuſtrata. audi q̄d
de ipō cū adhuc eēt infidelis legit̄ Act. ix. Saulus adhuc ſpirans
minaꝝ ⁊ ce. in diſci. dn̄i abi. ad p̄ncipem ſa. pe. ab. e. epl̄as in da
maſcū ad ſyna. vt ſi q̄s huiꝰmōi vie viros iue. vinc. ꝑdu. in ihr̄lm
Nō ꝯgrauit̄ ipugnauit ecc̄m nō ſolū minas ſꝫ et̄ mortē diſcipul
xp̄i īferre conabat̄. nō vocatꝰ ad p̄ncipē ſacerdotū acceſſit nō iuſ
uerſationis quo ad proximū. cypreſſū operationis bone quo ad ſe
ipm̄. ¶ primo dico q̄ debet habere altam cedrum deuotionis quo
ad deum. Cedr⁹ enim ſm̄ Rabanū eſt altiſſima arborum ⁊ ſigni
ficat deuotionem per quam anima ad contemplationem celeſtiū
eleuatur vnde deuota anima dicit Eccle.xxiiij. Quaſi cedrus exal
tata ſum

tata ſum ſupple per contemplationē ⁊ deuotionē. Uis o hō habe
re deuotionem reduc ad memoriā chriſti paſſionē vide qualiter in
cruce fuit ſuſpenſus ⁊ a terra eleuatus. Jdeo enī exaltatus fuit in
cruce vt tu exalteris in deuotione ⁊ in ecēna manſione Jo. xij. Ego
ſi exaltatꝰ fuero oīa traham ad me ipm̄. Conſidera chriſtū q̄ꝫtum
te dilexerit. quid ⁊ q̄liter pro te paſſꝰ fuerit ⁊ materiā magne deuo
tionis inuenire poteris. ¶ Scd̄o debet habere palmā victorie quo
ad diabolū. palma quondā dabat̄ victori in manꝰ in ſignū victo/
rie. iſtud figuratū eſt. i. Macħ. xiij. vbi legit̄ ꝙ iudei deuictis hoſti
bus intrauerūt arcem cū laude ⁊ ramis palmaꝝ ⁊ himnis ⁊ canti
cis qꝛ contritꝰ eſt inimicꝰ magnus ex iſrl̄. per arcem q̄ fuit valde
firma munitio accipit̄ eccleſia q̄ per chriſti graciā valde firmata ē
Ab hac enī homo peccando eijcit̄ ꝫ penitendo reintrat eam. deui/
cto diabolo cum laude. ſ. dei ⁊ ramis palmaꝝ. i. virtutibꝰ que ſūt
ſignū victorie qꝛ ſicut homo peccando a diabolo vincit̄ ſic penitē/
do vincit diabolū. Audi o homo diabolꝰ aſſidue te impugnat ſi vi
ceris eū ſaluaberis ſi victus fueris damnaberis. pugna ergo ſtrē
nue vt victoriā obtineas ⁊ adquiras coronā. Non enī pugnaſ pro
vita corporis obtinenda ſed pro vita anime. nō pro hereditate ter
reſtri ſed celeſti. non pro regno tranſitorio ſed eterno. ſi times vin/
ci inuoca chriſtū vt te adiuuet qui ideo in cruce pependit ⁊ manꝰ
ad lignum palme extendit vt dyabolum vinceret ⁊ tecū contra di
abolum pugnaret Jeremie xix. Audiui contumelias multoꝝ. i. de
monū ⁊ terrorem in circuitu ſupple ex parte demonū dicentium.
Perſequamur eū. ſi quo modo decipiatur. ⁊ preualeamus aduer
ſus eum ⁊ conſequamur vltionē ex eo. dn̄s aūt mecū eſt tanq̄ꝫ bel
lator fortis ideo qui ſequuntur me cadent ſubtus ⁊ infirmi erunt.
¶ Tercio debet habere oliuā pacifice conuerſationis quo ad pro
ximum. Oliua enim ſignum eſt pacis. Unde Rhomani quondam
nunquam miſerunt pacem per nuncios niſi cum frondibus oliua
rum. Debet ergo deuota anima habere oliuam pacifice conuerſa
tionis per quā deo placeat ⁊ primū edificet Oſee xiiij. Ego quaſi
oliua gloria eiꝰ ⁊ odor eius vt libani bene dicit̄ erit quaſi oliua gl.
eius qꝛ magna eſt gloria. pacifice cōuerſari cū proximo qꝛ per hoc
deo placet ⁊ filius dei efficitur Math. v. Beati pacifici ⁊c̄. Bene
etiam addit ⁊ odor eius vt libani. quia ſicut bonus odor delectat

ciſfactū ſic pacifica ɔuerſatio delectat ⁊ edificat ꝓximū. Vis hr̄e o
hō pacē cū ꝓximo reſpice xp̄m in cruce pēdentē qui in hoc mūdo
pacifice ɔuerſatus fuit p̄s. Cū his qui oderūt pacē ⁊c. ⁊ ne pacem
rūperet a iudeis capi ſe pmiſit ⁊ in nullo ſe defendit multa oppro
bria ⁊ penas paciēter ſuſtinuit. i. Pe. ij. Qui cuȝ malediceret non
male. cum pa. nō cō. ¶ Quarto debet habere cypreſſum operatiōis
bone quo ad ſe ipm cypreſſus eni imputribilis eſt ⁊ ſp remanet in
prima firmitate ⁊ eſt ſuauiſſimi odoris vt dicit Iſidorus ⁊ ſigni
ficat operationē bonā p quā aīa a putredine viciorū ɔſeruat ⁊ odo
re ꝟtutū redolet ideo deuota aīa dicit Ecc̄. xxiiij. Quaſi cedrꝰ ex.
ſum in libano ⁊ quaſi cy. in mōte ſyon. Ille in mōte ſyon. i. in emi
nentia ꝟtutū exaltat q. cipreſſus qui bonis opibus floret. Vis o
hō bonis operibꝰ florere reſpice xp̄m in cruce pendentē qui multiſ
bonis opibus floruit. ideo dictus ē Iheſus nazarenꝰ qd̄ interp̄ta
tur floridꝰ ſic patet ſcd̄m p̄ncipale. ¶ Tercio exemplo xp̄i debemꝰ
de cruce nō deſcendere in bono pſeuerādo xp̄s eni de cruce deſcē
dere noluit q̄uis iudei clamarēt Math. xxvij. Si rex iſrl̄ es ⁊c. In
hoc dedit nobis exemplū pſeuerandi in bono vſqȝ in finē. Hebre.
xij. Aſpiciē. in auctorē fidei ⁊ ɔſeruatorē iħm qui ꝓpoſito ⁊c. Vis
habere pſeuerantiā in bono inuoca xp̄m qui in cruce pſeuerauit
vt det tibi perſeuerantiā in bono. Reſpice q̄ȝ artam vitam in hoc
mundo duxerit quid pro te ſuſtinuit. ⁊ ſuſtineas aliquid pro eius
amore. ¶ Quarto exemplo chriſti debemus in cruce mori peccata
in nobis occidendo chriſtus eni in cruce mortuus eſt vn̄ Phil. ij.
Humiliauit ſemet ipm factus obediens vſqȝ ad mortem. In h̄ q̄
chriſtus mortuus eſt in cruce vbi per mortē ſuā omnē penā termi
nauit. Dedit nobis exemplū q̄ in cruce debemꝰ mori ⁊ amore xp̄i
omnia peccata in nobis occidere. Ro. vi. Vetus noſter homo cru
cifixus eſt vt deſtruatur corpus peccati vt vltra nō ſeruiamꝰ pec
cato veterem hominē appellat ſtatuȝ peccati per quod veteri ade
aſſimilatur. hunc debemus cum adiutorio chriſti ſic in nobis oc
cidere ne vnq̄ȝ in nobis reuiuiſcat Vis o homo ſtatum peccati in
te occidere. Inuoca chriſtū qui pro te mortuus eſt in cruce vt per
meritū mortis ſue te faciat mori ſine crimine ⁊ viuē cū deo. Amē.

De Sancto Matheo.

NOn veni vocare iuſtos ſ; peccatores Math.ix. In his ver-
bis duo tanguntur. ſuperbia ipocritarum qui ſe iuſtos re
putant reprehenduntur ibi. Non veni vocare iuſtos id eſt
illos qui ſe iuſtos reputant ſm vanã gloriam. Secundo humili-
litas penitentium qui ſe peccaſſe recognoſcunt exprimitur ibi. ſed
peccatores id eſt illos qui peccata recognoſcunt. exemplũ vtriuſ;
patet in pharizeo ⁊ publicano Luce xviij. ¶ Nota q deus ſanctuz
Matheum cuius hodie feſtum agitur vocauit ad quatuor. primo
vocauit a ſtatu culpe ad penitentie puritatem. Scdo a ſtatu aua-
ricie ad voluntariam paupertatẽ. Tercio a ſtatu vanitatis ad pre
dicandum euangelicam veritatem. Quarto a ſtatu laboris ad p-
cipiendam eterne mercedis iocunditatem. ¶ Primo vocauit eum
a ſtatu culpe ad penitentie puritatẽ. ante nãq; q̃ vocaretur a do-
mino tantũ iuquinatus fuit peccatis. vnde ⁊ publicanus dict9 ẽ
ab hoc ſtatu vocatus eſt ad penitentiã yſa. xxij. Vocabat domi9
deus exercituuz in die illa ad fletum ⁊ ad planctum ⁊ ad caluiciũ
⁊ ad cingulum ſacci. ¶ Tria tanguntur hic que debent eſſe in vã
penitentia. ſ. dolor in contritione. verecundia in confeſſione. ⁊ hu
militas in ſatiſfactione. primũ tangitur cum dicitur ad fletũ ⁊ plã
ctum que ſunt ſigna doloris. Scdm ibi cum dicit̃ ad cal. i. ad ve
recundiam q2 caluiciũ ingerit homini verecundiam. Terciũ cum
addit̃ ad cingulũ ſacci. i. ad humilitatẽ ſatiſfactionis. Beati illi q̃
audiunt vocem dei vocantis ad penitentiam ſicut beatus Mathe
us audiuit. de quo legitur q ſtatim cũ vocatus fuit a domino ſur
gens ſecutus eſt euz. Surrexit itaq; vt peccata relinqueret ſecut9
eſt vt peccata emẽdaret vnde ipſe poterat dicere illud Job xiij. Vo
ca me ⁊ rñdebo tibi voca me ad penitentiam ⁊ ego reſpondebo ti
bi ad obedientiam. Taliter eni nõ fecit Adam qui cum peccaſſet ⁊
a dño ad penitentiã vocaret̃ abſcondit ſe. Gene. iij. Vocauit dñs
adam ⁊ dixit ad eũ Adam vbi es q. d. a me peccando receſſiſti id
quero te per graciam ⁊ quero vt ad me reuertaris per penitentiã
Sed heu Adam huic voci non obediuit ſed dixit. Vocem tuam
audiui domine ⁊ timui eo q nudus eſſem ⁊ abſcondi me. O
Adam quam ſtulte feciſti. in naturalibus vulneratus fuiſti ⁊ virtu
tibus ſpoliatus ⁊ nudatus ⁊ abſcondiſti te ab eo qui te ad hoc

vocauit vt te ſanaret ⁊ virtutibus reindueret. Jſtud adhuc multi
faciũt quos deus per predicatores vocat ad penitentiã vt pecca/
ta defleant ⁊ confiteant̃ ⁊ ipſi abſcondunt ſe ⁊ verentur confiteri.
Sꝫ certe qđ modo occultat̃ hoc in iudicio omnibus reuelabitur
Luce. xij. Nihil opertũ qđ nõ re. ⁊ oc. qđ nõ ſci. Jdeo domin⁹ in/
cuſabit in die iudicij peccatores d. illud ꝓuerbiorum .i. Vocaui vos
ſcꝫ per predicatores ⁊ renuiſtis. extendi manũ m. ſ. temporalia lar
giendo vt vos ad amorẽ meum ꝓuocarem ⁊ non fuit qui aſpiceret
Deſpexiſtis omne conſiliũ meũ quod propoſui ſupple vobis per cõ
feſſores increpationes meas. i. tribulationes quas vobis immiſi
neglexiſtis. Et ſequit̃. ego quoqꝫ in interitu veſtro ridebo. Noli o
peccator ita agere ſꝫ exemplo mathei publicani domino ad penitẽ
tiam vocanti obedias vt apud ip̃m veniam peccatorum inuenias ¶
Scđo vocauit eũ a ſtatu auaricie ad voluntariã paupertatẽ. ꝑus
nanqꝫ ꝙ̃ vocaretur a domino ſequebatur auariciã quia telonei
lucris inhiabat ſicut in euangelio hodierno legit̃ ab hac auaricia
vocatus eſt ad voluntariã paupertatẽ vnde dicitur yſaie. xlviij. et
poteſt eſſe vbũ domini ad beatũ matheũ. Elegi te in camino pau
pertatis audite me Jacob ⁊ iſrahel quẽ ego voco. Bene dicit in ca
mino paupertatis quia ſicut in camino ardenti aurum mũdatur. ſic
per voluntariã paupertatẽ anima mundatur ſicut per auariciam
inquinat̃ Math. v. Beati pauperes ⁊c̃. ¶ Nota ꝙ dominus vocan
do matheũ a ſtatu auaricie ad paupertatẽ voluntariã appellat eũ
Jacob ⁊ iſrahel. vere fuit Jacob qui interpretat̃ ſupplantator quia
ſupplantauit dyabolũ contemnendo auariciã quã ille ſuggerit. di
abolus enĩ multũ ſuggerit auariciã vt amore mũdi poſſit illaque
are animã propter qđ tentans chriſtũ ⁊ omnia regna mundi oſtẽ
dens dixit Math. iiij. Hec omnia dabo tibi ⁊c̃. Fuit etiã iſrahel qđ
interpretat̃ vir videns deum qꝛ amore dei omnia temporalia reli
quit. vnde legit̃ math. v. Cum vocaret̃ a domino dicente. Sequere
me relictis omnibus ſe. eſt eũ. O auare qui iniuſta poſſides bona.
accipe exemplũ a beato matheo Cui cum ſemel diceret̃ a domino
vt ip̃m ſequeret̃ per emendationẽ vite ſtatim reliquit omnia ⁊ ſecu
tus eſt eum ⁊ tibi forte centies dictum eſt a domino per predica
tores ⁊ confeſſores vt tantũ iniuſta bona relinquas ⁊ iuſta bona
reſeruas ⁊ non vis facere. Conſidera auare qui non vis hic relin/

querẽ iniuſta bona voluntarie ꝙ adhuc veniet tempus in q̄ opor
tebit te omnia bona tam iuſta ꝗ iniuſta relinquere inuoluntarie.
hoc eſt in hora mortis p̄s. Relinquũt alienis di. ꝛc̃. Item p̄s. Cum
interierit pec. ꝛc̃ ⁊ ſequit̃ Introibit vſq; ad ꝓgenies patꝝ ſ. i. vſque
ad patres ſuos qui ſunt in iſ̃erno ⁊ vſq; in eternũ nõ vi. lu. iſtõ be
ne ꝯſiderauit beatus matheus iõ vt chriſto placere poſſet oīa pro
eius amore reliquit vñ Math. xix. Dixit petrus ȝ in pſona omnium
apoſtoloꝝ Ecce nos reliquim⁹ omnia ⁊ ſecuti ſumus te ꝛc̃ At ille
dixit Amen dico vobis ꝛc̃ ꝙ vos q̄ ſecuti eſtis me in regeneratione
cum ſe. fi. ho. in ſe. ma. ſue ſede. ⁊ vos ſup ſedes xij. iudicãtes xij tri
bus iſrl' Ecce q̄ꝫtũ honorabũt̃ volũtarij paupeſ qui hic omīa reli
querũt pro chriſto vñ bernard⁹ Felix paupꝑtas relinquentiũ omīa
⁊ te ſequentiũ domine iheſu Felix plane que tam ſecuros ⁊ taꝫ glo
rioſos faciet in illo tremendo examine meritorum in illa tanta diſ/
cretione iudiciorum O q̄ꝫ magnam ſecuritatem vera paupertaſ cõ
fert homini. in iudicio dat poteſtatem iudicandi ⁊ in hoc mundo
dat graciã viuendi ſine tedio. ¶ Legitur in vitis patꝝ ꝙ quidam
pauper mõchus habuit vnam mattam ⁊ cũ vna parte coopꝑiebat
ſe alteram partem ſibi ſubſternebat ⁊ erat valde magnũ gelu ⁊ pa
ter monaſterij de nocte ſurrexit ⁊ audiuit eum dicentẽ Graciaſ tibi
ago dñe ꝛc̃. Quot ſũt modo diuites in cuſtodia qui vel in inferno
ſedẽt aut pedes hñt in ligno cõſtrictos. ego aũt valde magn⁹ im/
perator ſum extendẽs pedes meos. ⁊ quo volo ambulo hanc ſecu
ritatẽ diuites non habent qꝛ ſemper timẽt amittere pecuniã ⁊ nũ/
quã ſũt ſecuri iob xv. Sonitus terroris ſemꝑ in aurib⁹ eius ⁊ cuꝫ
pax ſit ille ſꝑ inſidias ſuſpicat̃. iſtud ad litteram verum eſt de diuiti
bus qui ſemper timent. ſi domi ſunt timent ſemꝑ fures. ſi in via la
trones ⁊ nunq̄ꝫ poſſunt ſecure dormire. ¶ Tercio vocauit eũ a ſta
tu vanitatis ꝛc̃. Prius enim q̄ꝫ a deo vocaretur vanitatem huius
mundi ſequebatur tranſitorijs inhiando. ab hoc ſtatu vocauit eũ
dominus vt fidem predicaret vnde domin⁹ potuit dicere illud yſa.
xlij. Ego dominus vocaui te in iuſticiam id eſt in graciam qua te
iuſtificaui ⁊ apprehendi manum tuam ⁊ ſeruaui te ⁊ dedi te in fe
dus populi in lucem gentium vt aperires oculos cecoꝝ ⁊ educe/
res de concluſione vinctos. In hac auctoritate tanguntur tria

tel quatuoꝛ que fuerũt in beato Matheo que debent eſſe in q̄libet
predicatoꝛe. Primũ eſt ſanctitas vite ꝓpter exemplũ. hoc tangitur
ibi Ego dñs vocaui te in iuſticiã. hoc fuit in beato matheo quem
dñs de publicano fecit apoſtolũ. de peccatoꝛe iuſtũ. de auaro diui/
tē pauperem voluntariũ. vnde dixit ei dñs cum ceteris apoſtolis.
Jo. xiiij. vos mũdi eſtis ꝓpter ſer. quē locut⁹ ſum vobis. Scdm
eſt paciencia in aduerſitate ad tolerandũ quod tãgitur ibi. Appꝛe
hendi manũ tuã ⁊ ſeruaui te. Apoſtoli eni mittebãtur vt predica
rent fidem infidelibus ſuperbis ⁊ immũdis ⁊ tyrãnis a quib⁹ paſ
ſuri erant multa. Et ideo paciencia eis neceſſaria fuit Math. x. Ec
ce ego mitto vos ſicut oues in medio lupoꝝ. ideo dicit eis Lu. xi
Jn paciencia veſtra poſſi. animas vr̄as. Terciũ eſt ſapiẽtia ad do
cendũ recte ⁊ hoc tangitur ibi Dedi te i fedus po. in lu. gen. Mat.
vltimo. Euntes docete oēs gentes ⁊c̄. Docentes eos ſeruare om̄ia
quecũq; mandaui vobis propter qđ dñs dixit apoſtolis Luce xi
Ego dabo vobis os ⁊ ſa. cui nõ po. ⁊c̄. quartũ eſt intentio recta ad
docendũ vtiliter hoc tangit̄ ibi vt aperies oculos ce. ⁊c̄. vñ Jo. xv
Dictũ eſt apoſtolis. Ego vos elegi de mundo ⁊ poſui vos vt ea. ⁊
fruc. affe. ſ. aiaꝝ ⁊ fru. veſter. m. propter qđ beatus Matheus trãſi
uit in ethiopiam ⁊ ibi predicãs multos ad chriſtũ cõuertit vñ ipſe
habuit rectã intentionem in predicãdo. Sed heu quidã peruerſã
intentionē habẽt in predicando nõ eni predicãt vt aperiant interi
ores oculos hominũ ad deflendũ peccata. ſed vt aperiant burſas
ad largiendũ munera. nõ propter ſalutē anime ſed propter queſtũ
auaricie. multa mẽdacia excogitant vt denarios extorqueant. de
talibus dicit dñs math. vij. Attendite a falſis ꝓphetis ⁊c̄ ¶ Quar
to vocauit eum a ſtatu laboꝛis ad mercedē eterne iocunditati. Jn
multis nãq; laboꝛib⁹ vixit in hoc mũdo. nec miꝝ q꞉ mltas t̃ras p̄
dicãdo circuiuit. ſ. in ſiti in fame in frigoꝛe ⁊ nuditate ⁊ in maxia
paupꝛtate ⁊ ab hoc ſtatu vocauit eũ dñs ad et̃ne vite iocũditatē.
vñ pater celeſtis ad filiũ de ipo ⁊ alijs bonis operarijs dicit math
xx. Voca operarios ⁊c̄. Bonus operari⁹ fuit beat⁹ mathe⁹ qui vi
neã dñi. i. eccleſiã dei p̄dicando fidelit̄ excoluit. Fidē docēdo ⁊ ꝓ
fide moꝛtē ſuſtinẽdo. vñ legit̄ de ipo ꝙ cũ fidē coꝛã rege p̄dicaſſet
rex miſit ad ipm ſpiculatoꝛē qui ipm p⁹ miſſaꝝ ſolẽnia ſtantem ⁊
manib⁹ extẽſis oꝛantē gladio ꝑcuſſit. ⁊ ſic martir dei effect⁹ eſt ⁊

regis adeptus eſt. illam coronā de qua dicit᷑ Apoc. ij. Eſto fi. vſq₃
ad m. ⁊ dabo tibi co. vi. Recipe o homo exemplū a beato matheo
vt deo fideliter ſeruias ⁊ tribulationes preſentes pacienter ſuſtine
as vt coronā regis merearis accipere. Quāuis eni ſanguinē nō fū
das pro chriſto vt fidem predices per mundū diſcurrēdo nec pau
pertatē extremā ſuſtineas vel ſubeas omnia relinquēdo ſicut fecit
beatus Matheus ſi iſta facere nō potueris tribulationes que tibi
aduenerint pacienter ſuſtine fidē inuiolabilit᷑ tene. iniuſta bona re
linque ⁊ poteris coronā regis celeſtis obtinere. vn̄ Jaco. i. Btūs
vir qui ſuffert tentationes ⁊c. Hanc coronā in celis nobis ɔferat
qui ſine fine viuit ⁊ regnat. Amen.

## De Sancto Mauricio ⁊ ſocijs eius

Conualuerūt de infirmitate for. facti ſūt in bello. Heb. xi.
Verba iſta pn̄t ſumi ad ɔmendationē beatoꝝ. ſ. mauricij
⁊ ſocioꝝ eius quoꝝ hodie feſtū agitur q̄ fortes fuerunt i
bello fidei Et cōmendant᷑ hic a duplici beneficio qd̄ eis collatum
eſt per graciā dei. Primū eſt liberatio a malo. Scd̄z eſt ɔfortatio
in bono. Pmū tangit᷑ ibi cōualuerūt de infirmitate. i. de culpa ori
ginali que aiam reddit infirmā Scd̄m ibi for. facti ſunt. Nota
ꝙ corporaliter bellare volentibus quattuor ſūt neceſſaria. primū
eſt prudentia vt bellare ſciant. ¶ Scd̄m eſt fortitudo vt bellare va
leant Tercium eſt armatura qua ſe contra ictus ⁊ iacula muni
ant Quartum eſt audacia ne a bello fugiant Jſta quatuor ſpiri
tualiter fuerunt in iſtis ſanctis. primo fuit in eis prudentia fidei q̄
ad bellandū informabantur Scd̄o fortitudo diuini adiutorij q̄
confortabantur. Tercio armatura virtutū qua contra tentati
ones muniebant᷑. Quarto audacia qua pro fide moriebantur.
¶ Primo dico ꝙ fuit in eis prudentia fidei qua ad bellandū infor
mabant᷑ Hec prudentia fuit eis valdē neceſſaria vt fidem profiterē
tur ⁊ ab aduerſarijs fidei non deciperentur. Unde cum chriſtus
apoſtolos ad infideles mitteret dixit eis. ⁊ in perſona eorum om
nibus chriſtianis. Mathei xviij. Ecce mitto vos ſicut oues in me
dio lupoꝝ. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes ⁊ ſimplices ſicut
columbe. Hec duo fuerunt in iſtis ſanctis. Simplicitas columbi
na in fidei obſeruatione Et prudentia ſerpentina in fidei defenſi

defenſione. Prudentia ſerpentina eſt vt totū corpus exponat pro
capite ſic iſti corpora ſua in bello fidei expoſuerunt ne amitterent
caput eccleſie id eſt chriſtum. Et ſic prudentiam habuerunt in bel
lo que eſt ſumme neceſſaria ꝓuerbiorum xi. Cum diſpoſitione id eſt
prudentia intra bellum ⁊ erit ſalus vbi multa conſilia. O ꝙ͞ pru
denter ſe in hoc bello habuerunt quorum conſilia in hoc concorda
runt vt quicquid pati deberent nunꝙ͞ a fide recederent. Unde le
gitur de eis. Cum Maximianus ceſar miſiſſet ad eos milites qui
eos cogerent ad ſacrificandū. taliter ceſari reſponderunt. Milites
ſumus Imperator tui. ſerui autē quē libere profitemur chriſti. tibi
debemus miliciam. illi innocētiam a te laboris ſtipendium accepi
mus. ab illo exordium ſumpſim⁹ vite. Omnia pro ipſo tormēta ſuſ
cipere parati ſumus ab eius fide nunquā diſcedemus. Conſidera
prudentiam illorum qui mādatum terreni regis contempſerūt et
mandatum celeſtis regis impleuerunt penas ab homine irrogan
das non timuerunt vt fidem chriſti ſeruarent. Heu quātum mili
tes noſtri temporis ab his deuiant qui plus timent terrenos do
minos ꝙ͞ celeſtem deū quibus ſi terreni domini precipiāt aliquid
quod ſit contra deum ſcilicet pauperes ſpoliare terram deuaſtare
⁊ eccleſias incēdere ſtatim obediūt ⁊ vt terrenis dominis poſſint
placere non timent deum offendere. Audi quid de talibus dicet
chriſtus in die nouiſſimo. Deutro. xxxij. Ubi ſunt dij eorū in qui
bus habebant fiduciam. Surgant ⁊ opitulentur ⁊ in neceſſitate
vos protegant. Uidete ꝙ ego ſum ſolus ⁊ non ſit alius deus pre
ter me. Audi o miles qui hic ad imperiū domini tui pauperes ſpo
lias ⁊ villas incendis ⁊ dicis dominus meus iuſſit. Quid facies
in die nouiſſimo in illo diſtricto iudicio vbi nec tu per dominū tuū
te poteris excuſare nec dominus tuus pro te poterit reſpondere.
Apocalipſ. vi. Reges terre ⁊ principes ⁊ tribuni diuites ⁊ fortes
⁊ omnis ſeruus ⁊ liber abſconderunt ſe in ſpeluncis ⁊ in petris
montium ⁊ dicent Montibus ⁊ petris cadite ſuper nos et abſcon
dite nos a facie ſedentis ſuper thronū et ab ira agni quoniā venit
dies magnus. Attende iſta et quādo dominus tuus precipit tibi
aliquid quod eſt contra deum tunc dic. Obedire deo oportet ma
gis ꝙ͞ hominibus et dic cum iſtis ſanctis. Tibi debeo miliciā deo
innocentiā. Noli timere eum auferre poteſt tibi ſtam non deum.

occidē poteſt corpus non animā Luč.xij. Dico vobis amicis. me
ne ter. ab his qui occi. corpus ⁊ poſt hoc non habent āplius quid
faciunt. Oſtendā autē vobis quē timeatis ti. e. qui poſtq̄ȝ corpus
oc. habet po. mittēdi in gehennā. Scđo dico ꝙ fuit in eis fortitu-
do ex ſpe diuini adiutorij. zacha. x. Erunt quaſi fortes ⁊ concul-
cantes lutuȝ. i. lutulenta gaudia in medio viarū in prelio ⁊ bella-
bunt quia dominus cū eis eſt. Conſidera q̄ȝ fortes iſti ſācti fuerūt
in bello fidei multos ⁊ fortes habuerūt aduerſarios demones pu
gnantes contra eos ⁊ ipſi per dei adiutoriū vtroſq̄ȝ vicerunt Hebre. xi. Sancti per fidem vi. regna op. Nec mirꝫ ſi triumphauerūt
quia deus pugnauit pro eis Deutro. xx. Dum exieris ad bellū cō
tra hoſtes tuos ⁊ videris equitatus ⁊ currus ⁊ meliorē quaȝ tu
habes aduerſarij exercitus multitudinē non timebis eos quia do
minus deus tuus tecum eſt. appropinquante autē prelio ſtabit ſa
cerdos ante aciem ⁊ ſic loquetur ad populum vos hodie contra
inimicos veſtros pugnā cōmittitis non pertimeſcat cor veſtrum.
Nolite timere nolite metuere nec formidatis eos quia dominus de
us veſter in medio veſtri eſt ⁊ pro vobis contra aduerſarios vr̄os
dimicat vt eripiat vos de periculo. Iſtud bene impletuȝ eſt in iſtis
martiribus qui de remotis partibus egreſſi venerunt ad Dyocle
cianum ⁊ maximianū imperatores. Quos cum illi cōpulerunt vt
dijs ſacrificarent ⁊ chriſtianos interficerent iſti nullatenus ɔſen-
ſerunt ſꝫ magis elegerunt mortē q̄ȝ violare fidem. vnde legitur de
ipſis cum preceptū eſſet a ceſare vt decimꝰ ex eis decollaretur vnꝰ
feſtinabat ante alterū ⁊ ad mortem preuenire certabāt. Ecce q̄ȝta
fortitudo mentis quā non eneruauit fortitudo mortis bene audi-
uerant iſti vocem ſacerdotis dei. i. marcellini pape. qui vt legitur
ad hoc eos exhortatus fuit vt potius gladijs interirent q̄ȝ vt fidē
chriſti quā acceperant violarēt. Sꝫ heu quidā in bello fidei adeo
ſunt debiles ꝙ ſtatim vt impugnantur a dyabolo ſuccumbunt et
violant totum qđ in baptiſmo promiſerunt. ſ. renunciare dyabo-
lo ⁊ pompis eius ⁊ fidem inuiolabiliter obſeruare. recte contrariū
faciunt quia fidem violant. dyabolo adherent. Trenorꝫ. i. Abſqȝ
fortitudine abierūt añ faciē ſbſequētl. abierunt inq̄ȝ abſq̄ȝ fortitudi
ne q². diuinum adiutoriū nō queſiuerāt ante faciem ſubſequentis.
i. dyabolo inquantū eius ſuggeſtionibus conſenſerunt ⁊ dei vo-

luntatem non impleuerunt. Audi o chriſtiane quamdiu es in mū
do. in periculoſo bello es. ex vna parte impugnat te caro. Ex alia
mundus. ex alia demones. Si times ſuccumbere inuoca graciam
dei ⁊ triumphabis. Accipe illud exemplum quod legitur primo
Macha. iij. Cum iudei viderent exercitum aduerſariorum fortem
⁊ magnum ⁊ timerent. Dixit iudas non eſt in multitudine exerci
tus victoria belli ſed de celo eſt victoria. Ipſi veniunt ad nos in
multitudine contumaci ⁊ ſuperba vt diſperdant nos. Nos vero cō
pugnabimus pro animabus noſtris ⁊ legibus ⁊ ipſe dominus con
teret eos ante faciem noſtram ⁊ his dictis pugnauerunt ⁊ ſupera
uerunt hoſtes. Eodem modo ſi tu in tentationibus ad deum te cō
uerteris omnes hoſtes anime tue ſuperabis. ¶ Tercio dico ꝙ fuit
in eis armatura virtutum qua contra tentationes muniebantur.
vnde de ipſis exponitur illud Canticoꝝ iij. En lectulum Salomo
nis quadraginta fortes ambiunt ex fortiſſimis iſrahel omnes te-
nentes gladios ⁊ ad bella doctiſſimi. per quadraginta non ꝗꝛtum
pe iſtos ſanctos martires qui dicuntur quadraginta in hoc
ad numerū quia plures fuerunt ſed quantū ad ſignatum. in hoc
enim numero ſunt decies ſex per quod ſignificatur ꝙ iſti ſancti de
cem precepta impleuerunt ⁊ ſex opera miſericordie. Iſti ābierunt
id eſt virtutibus munierunt lectulū ſalomonis. i. eccleſiaꝫ in qua
verus ſalomon id eſt chriſtus quieſcit. omnes tenentes gladios q-
bus ſe contra tentationes defenderent ⁊ ideo fuerunt ad bella do
ctiſſimi. gladij iſti ſpirituales ſunt diuerſe ſententie ſacre ſcripture
per quas homo defendit ſe contra dyabolum ¶ Nota ꝙ iſti ſan-
cti bene armati fuerunt quia habuerunt ſcutum fidei recte creden
do. galeam ſpei celeſtia appetendo. Loricam iuſticie recte viuendo
Gladium ſapientie doctrinam chriſti ſequendo. Lanceam longa-
nimitatis vſque in finem in bono perſeuerando. Unde legitur ꝙ
vnꝰ ex eis Cruperiꝰ noīe ſignifer dixit ad ceteros pꝛ̄ijciant manus
noſtre hec arma carnalia ⁊ armemur virtutibus. Sed heu huius
contrarium faciunt milites noſtri temporis qui ſpiritualia arma
reijciunt ⁊ carnales armaturas aſſumūt. Pugnant contra homi
nes ⁊ neſciunt pugnare contra demones. Bellum corporale ar-
mati aggrediuntur ne in corpore ledantur ſed ad bellum ſpiritua-
le tanꝙ ibi hoſtes nō hēant. vadunt inermes ⁊ nudi vbi in aīa oc
ciduntur.

cidiuntur. Noli o homo ita facere arma animā tuā virtutibus ne
i bello tentationis occidaꝛ. ita docet Apo. Eph. vi. Accipite arma
turā dei vt poſſitis reſiſtere in die malo id eſt in die tentationis et
in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros ⁊
induite loricam iuſticie in omnibus ſumentes ſcutum fidei in quo
poſſitis omnia tela nequiſſima ignea extinguere ⁊ galeam ſalutis
aſſumite ⁊ gladium ſpiritus ſancti qđ eſt verbum dei. has arma/
turas accipe ⁊ pugna viriliter quia merces magna tibi debetur.
Apoc. iij. Qui vicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo ſicut ⁊
ego vici ⁊ ſedeo in throno patris mei cum eo. ¶ Quarto dico ꝙ fu
it in eis audacia qua ex caritate pro fide moriebantur. Quidam
nanqꝫ ſunt fortes ſed non ſunt audaces. Iſti autem ſancti fortes
fuerunt inquantū fidem ſeruauerunt ⁊ audaces inquantum pro fide
morti ſe obtulerunt. vnde legitur de ipſis ꝙ mutuo exhortabanꝛ
ſe vt pro fide mortem ſuſciperent. vnde in perſona eorū poteſt dici
illud quod dixit iudas. i. Mach. iij. Accingimini ⁊ eſtote filij potē
tes quoniā melius eſt nobis mori in bello ꝗ̃ videre mala gentis
noſtre ⁊ ſanctoꝝ. vtiqꝫ fuit eis melius ꝙ corporaliter pro fide mo
rerentur ꝗ̃ ꝙ malum infidelitatis ſequerentur. Hic nota ꝙ mul
tum errant illi ſtulti qui dicunt blaſphemādo contra ſanctos iſtoſ
exquo tot fuerunt ⁊ tam fortes ⁊ tam audaces quare ſe non defē
derunt. Certe ideo non defenderunt ſe quia melius erat eis mori
pro fide ꝗ̃ viuere amiſſa fide. ⁊ etiam ideo ſe non defenderunt ſed
tormenta mortis pacienter ſuſtinuerūt. quia chriſtꝰ dederat exem
plum martiribus vt non ſe defenderent ſed tormenta mortis pa/
cienter ſuſtinerent vnde legitur Ioh. xviij. Cum iudei veniſſent ad
iheſum vt eum cōprehenderent ipſo interrogante quem queritis.
Reſponderunt Iheſum nazarenū. ⁊ cum diceret ego ſum. Illi abi
erunt retrorſum ⁊ ceciderunt in terram. hoc factum eſt bis ⁊ po/
ſtea comprehenderunt eum ⁊ ligauerunt ⁊ crucifixerunt euꝫ ⁊ in
hoc oſtendit nobis exemplū ꝙ ꝗ̃uis poſſet ſe defendere ⁊ vno ver
bo omnes proſternere permiſit tamen ſe capi ⁊ occidi dans exem
plum martiribus ne ſe in futuro defenderent ſed pro fide pacienter
penas ſuſciperent. Propter qđ etiā cum Petrus educto gladio am/
putaſſet Malcho auriculā dixit iheſus petro. Conuerte gladium
tuū in locū ſuū. An putas ꝙ nō poſſum rogare patrē meū ⁊ exhi/

bebit mihi plus q̄ʒ xij. legiones angeloꝝ Math. xxvij. Hoc tñ non
fecit ʒ voluntarie mortē ſuſtinuit. eodē modo fecerūt iſti ſancti qui
cū eſſent multi. ſ. ſex milia ſexcenti lxvi. nō ſe defenderūt ʒ paciēter
pro chriſto mortē ſuſtinuerūt. Reſpice o homo iſtos imo ip̄m xp̄m
⁊ eſto paciens. Si eni chriſt⁹ ⁊ ſancti martires pacientes fuerunt
in magnis tormentis in effuſione ſanguinis. eſto ⁊ tu paciēs ſi ali
quid occurrerit tibi aduerſitatis. Heb. xij. Recogita eum qui talē
ſuſtinuit a peccatorib⁹ aduerſus ſeip̄m ↄtradictionē vt non fatige
mini. animas veſtras deficientes nondū eni vſq̄ʒ ad ſanguinē reſti
tiſtis aduerſus peccatū repugnātes. Rogemus dominū vt meritiſ
iſtoꝝ ſanctoꝝ martiꝝ in bello fidei det nobis prudētiā. fortitudinē
armaturā vt ita pugnemus ꝙ ab eo in celis coronemur quod no
bis cōcedat qui ſine fine viuit ⁊ regnat Amen.

## De Angelis.

Angeli c. in celis ſ. v. ſ. p. m. qui in c. eſt Math. xviij. In vbis
iſtis duplex vis angeloꝝ deſcribitur. Prima vis admini
ſtratiua qua nobis miniſtrant ex caritate. Scd̄a vis con
templatiua qua fruunt̄ diuina claritate. Pmū ibi Angeli eoꝝ. ideo
eni dicunt̄ angeli noſtri q̄ nobis miniſtrant. Scd̄ʒ ibi ſemꝑ vidēt
faciem dei ⁊c̄. Ex hoc patet ꝙ vbicūq̄ʒ ſunt angeli ſemper vidēt fa
ciem dei alioquin ſi in terra exiſtentes non poſſent videre faciē dei
tūc impacia miſtrarēt nob. nūc aūt miſtrāt cū oi gaudio q̄ nr̄aʒ
ſalutē ꝓcurāt ⁊ viſione dei nō priuant̄. Nō ꝙ ſancti angeli nob
ſūt valde neceſſarij ⁊ hoc p̄cipue ꝓpt̄ v. Pmo q̄ nos ſum⁹ debiles
⁊ ip̄i fortes iō ip̄i nos cuſtodiūt ne a diabolo vincamur. Scd̄o q̄
nos ſum⁹ inſipiētes ⁊ ipſi ſapiētes. ideo nos docēt ne decipiamur.
Tercio q̄ nos ſumus mali ⁊ ipſi boni ideo pro nobis orant vt ex
audiamur. Quarto q̄ nos ſum⁹ tribulati ipſi ꝟo leti iō nos a tribu
latione eripiūt vt ↄſolemur. Quinto q̄ nos a deo elōgati ſum⁹ ipſi
deo ꝓpinqui iō nos ad celū ꝑducūt vt deo cū eis eternalit̄ ꝑfrua
mur. Nūc de p̄mo dico ꝙ nos ſum⁹ debiles ⁊ ipſi fortes iō nos
cuſtodiūt ne vincamur. Audi q̄ʒ debilis fcūs ē hō ꝑ peccatū vn̄ in
ꝑſona generis hūani dr̄. Treñ. i. Infirmata ē virtuſ mea dedit me
dn̄s in mānu de q̄ non poteraʒ ſurgere ante peccatum erat homo
fortis quia ſi voluiſſet diabolo ſine omni difficultate reſtitiſſet poſt
peccatū vero debilitatus adeo eſt ꝙ cum maxima difficultate vix

reſiſtere pōt ideo indiget magno adiutorio Pꝑter qđ deus deputa
uit homini fortes angelos vt ipos cuſtodiant p̄s. Benedicite an
geli dn̄i dn̄o. Audi q̄d de fortitudine āgeloꝝ ſcriptū ē yſa. xxxvij.
Cū Aſſirij vallaſſent ihrl'm egreſſus angelus dn̄i percuſſit de ca
ſtris aſſirioꝝ c.lxxxv. milia viroꝝ. Noli o homo timere ſi fragilis
es ad reſiſtendū dyabolo. Fortes habes angelos adiutores illos
honora illos inuoca hodie vt te adiuuent vt te cuſtodiant ſicut p̄
ceptum eſt illis p̄s. Angelis ſuis ⁊c̄. Conſidera in hoc caritatē dei
circa te qui celeſtes angelos deputat ad hoc vt te cuſtodiant ⁊ ꝓ
te cōtra dyabolū pugnent Apoc̄. xij. Factū eſt preliū magnū in ce
lo. i. in eccleſia Michael ⁊ an. eius p̄li. cuꝫ dra. ⁊ draco pugnabat
⁊ an. eius aduerſus eos ⁊ nō valuerūt neqꝫ inuentus ē locus eoꝝ
amplius in celo Gloſa. Non valuerunt remouere auxilia angeloruꝫ
quia nō potuerūt eccleſiā deijcere in peccatū Cogita o homo q̄ꝫtū
te deus diligat qui angelos ſuos tibi ī adiutoriū deſtinat ⁊ q̄ꝫuis
vnus ſit tibi ſingulariter deputatus vt te cuſtodiat omnes tamen
te cōcorditer adiuuāt ſiue pro te deū orando ſiue demones a te fu
gando ⁊ ideo honora angelos ⁊ noli deſperare. ſi eniꝫ multi ſunt
angeli mali qui te infeſtant plures ſunt qui te adiuuant ſicut figu
ratum eſt iiij. R. vi. vbi legit̄. ꝙ cū rex Syrie cum magno exercitu
circūdediſſet dothayn miniſter helizei vidēs hoc timēs dixit heu
heu dn̄e quid faciemus. At ille dixit noli timere. plures enī nobiſcū
ſunt angeli q̄ꝫ cū illis ⁊ ecce mons plenus equoꝝ ⁊ curruū igneoꝝ
in circuitu helizei. Rex ſyrie ſignificat diabolū qui eſt rex ſuper fili
os ſuperbie. Syria enī interpretat̄ ſublimitas. rex iſte ſuperbus cū
exercitu ſuo ſ. demonū circūdat dothaym. i. mundū in quo eſt defe
ctus multoꝝ bonoꝝ q2 dothaiꝫ interpretat̄ ſufficiens defectio. he
lizeus qui interpretat̄ ſalutare dei ſignificat chriſtū. cuius miſter eſt q̄
libet chriſtianus qui nō debet timere exercitū demonū q2 mons. i.
eccleſia p̄ns plena eſt equoꝝ ⁊ curruū igneoꝝ. i. angeloꝝ adiuuā
tium homines ⁊ cōparantur angeli equis q2 fortes ſunt ⁊ igneis
curribus q2 velociter mouētur ad adiuuandū homines. ¶ Scd̄o
dico ꝙ nos ſumus inſipientes ⁊ ideo nos docent ne decipiamur.
Audi qđ Pꝓpheta dicit de inſipientia hominis ſ homo cū in hono
re ⁊c̄. bene cōparatur homo iumentis inſipientibus quia inſtar iu
mentorum delectabilia querit preſentibus inheret. de futuris non

cogitat. inter bonū ⁊ malū non dijudicat ⁊ ideo de facili poteſt
decipi. ſi deus ſapientes angelos qui eum doceant ſibi nō deſtinaſ
ſet de quoꝝ ſapientia dicit̄ Ecc̄. i. Prior omniū creata eſt ſapētia
.i. angelica natura. dicit gloſa q̄ non prioritate temporis ſʒ digni/
tate precedit omnē creaturā. in angelis magna eſt ſapientia. ideo
docēt nos ne a dyabolo decipiamur. vnde cum de periculis mūdi
i. de occulta impugnatione dyaboli ⁊ de aperta perſecutione an/
tichriſti multa ſcripta eſſent in Apoc̄. ne in his homines decipiāt̄
dictum eſt in fine. Ego miſi angelū meum teſtificari hec vobis in
eccleſia ⁊ hoc ſupple ne decipiamini. Tota intentio demonū vſat̄
circa hoc vt decipiant homines. Jere. xx. perſequamur eū ſi q̄ mō
decipiatur ⁊ p̄ualeamus aduerſus eum Si vis eoꝝ aſtuciaʒ cua
dere honora angelos vt te doceant qualiter poſſis eis reſiſtere ⁊
deo ſeruire peccata vitare ⁊ in bonis perſeuerare. ¶ Tercio dico
ꝙ nos ſumus mali ipi vo boni ideo pro nobis orant vt exaudia/
mur. de malicia huiuſmodi dicit̄ Roma. iij. Omnes peccauerūt ⁊
egent gracia dei Omnes peccatum originale in vtero contrahūt
⁊ heu multi mortalia peccata poſtea cōmittunt propter que indi
gni fiunt vt exaudiantur Treno. iij. Nos inique egimus ⁊ ad ira
cundiā prouocauimus ideo tu inexorabilis es. ſancti vero angeli
ſunt boni quia nunquā peccauerunt Thobie quinto Dixit thobi
as ad vxorem de filio. Credo ꝙ angelus dei bonus comitetur cū
eo ⁊ diſponet que contra ipſum geruntur ⁊ quia ipſi boni ſunt iō
pro nobis orant zacha. primo. Dixit angelus domini exercituum
vſqʒ q̄ non miſereberis iheruſalem ⁊ vrbiū iuda quibus irat⁹ es.
O homo audi ſi times ꝙ deus nō exaudiat orationes tuas Jnuo
ca angelos vt pro te orent vt exaudiaris. Ad hoc eni angeli ſolēt
aſſiſtere homibus orantib⁹ vt orationes eoꝝ deo offerant vnde an
gelus dixit Tho. xij. Quando orabas cum lacrimis ⁊ ſepeliebas
mortuos ego obtuli orationem tuam domino. Tūc angelus ora
tiones noſtras offert deo. quando deuotionem noſtram videt
⁊ nobiſcum deum orat vt nos exaudiat. Multum debemus hono
rare angelos in terris vt pro nobis orent in celis. ¶ Quarto dico
ꝙ nos ſumus tribulati. ipſi vero leti ideo nos ꝯſolant̄ ⁊ a tribula
tione eripiūt. Multas eni tribulationes ſuſtinet hō in hoc mūdo.
ideo d

3° pn̄r ... intercessores ... oratores

4° pn̄r ... consolatores

ideo dicit ꝓpheta Tribulationes cordis mei ⁊c̃. qꝛ ergo homo mul
tas tribulationes patitur ne omnino deſoletur ideo miſericors de-
us letos ſibi angelos mittit qui eũ conſolent̃ vnde cum Thobias
triſtis ⁊ meſtuſ diceret angelo quale mihi gaudiũ qui in te. ſe. ⁊ lu
ce. nõ vi. ait angelus ad eũ forti animo eſto in proximo eſt vt a deo
cureris Thobie. v. Iſtd̃ figuratũ ẽ Actu. xij. vbi cũ Petrus eẽt in
carcere poſitus ⁊ vinculis aſtrictus. ecce angelus domini aſtitit tã
quã letus conſolator ⁊ lumen refulſit in ha. car. qui eũ a vinculis
⁊ a carcere liberauit. Carcer mundũ ſignificat Due catene q̃bus
beatꝰ petrus erat aſtrictꝰ ſignificant duplices miſerias quibuſ in
hoc mundo tribulamur. ſ. interiores in aĩa que ſũt timor ſolicitu-
do triſticia ⁊c̃. Exteriores in corpore que ſũt fames ſitis labor mor
bus mors ⁊ huiuſmodi. Ais ab iſtis tribulationibus eripi hono
ra angelos ⁊ eripient te ħ ſemiplene. ſ. aduocando ad pacientiam
per quã miſerias huiꝰ mundi pacienter toleras. Et in morte plene
ſ. ab omni miſeria liberando vt nunq̃ꝫ ampliꝰ ſuſtineas hoc erit in
extremis cũ angeli ad te venient ⁊ ad celeſtẽ gloriã perducẽt. Tũc
vere poteris dicere Nunc ſcio vere quia miſit dñs angelum ſuum
⁊ eripuit me de manu Herodis. i. diaboli ⁊ de omni expectatione
iudeoꝝ. i. maloꝝ hominũ qui expectabant de die in diem vt me tri
bulent. ¶ Quinto dico ꝙ nos ſumꝰ a deo elongati ⁊c̃. De elongati
one noſtra dicit propheta. Ecce elongaui fug. ⁊c̃. Tunc homo ſe a
deo elongat quando per peccatum a deo recedit Tunc vero in ſo-
litudine manet quando ad miſerias huius mundi deiectus fuit ⁊
ſic eiectus de celo a deo elongatus eſt ⁊ peregrinus factus eſt in ħ
mundo. Angeli eni ſunt ꝓpinqui deo Thobie duodecimo. Ego ſũ
Raphael angelus vnus ex ſeptem qui ſtamus ante deum. Per vij
angelos accipe omnes angelos qꝛ ſeptenarius numerus vniuerſi-
tatem ſignificat. ꝓpter hoc etiam omne tempus per ſeptem dies de
currit. Illi ergo angeli aſtant deo tanquã propinqui ⁊ ideo poſſũt
nos qui elongati ſumus ab eo ad celum perducere vnde officium
angelorum eſt animas ad celum ducere ſicut Luce xvi. factũ eſt
vt moreretur mendicus ⁊ portaretur ab angelis in ſinũ Abrahe.
⁊c̃. Cogita ſi potes quantã leticiam habebit anima quando a cor-
pore egreditur ⁊ a ſanctis angelis aſſumitur ⁊ cum himnis et cã-
ticis ad celum deducitur. Si deo fideliter ſeruieris ⁊ angelos oẽs

honorauerīs. ipſi ad te in extremis venient ⁊ ad celum perducent. Conſulo tibi o homo vt honores angelos ⁊ precipue beatum Michaelem quoniā dn̄s conſtituit eū in principem ſuper omnes aīas ſuſcipiendas ſicut canit eccleſia. Audi o peccator qui deo nō ſeruis nec angelos honoras quid eueniet tibi in extremis. boni angeli te deſerent mali te ſuſcipient ad infernum te perducent. vnde Beda ſcribit in geſtis Anglorꝝ de quodā iuuene nolente cōfiteri qui cū infirmaretur venit ad eum rex ⁊ monuit eum vt confiteretur. qui reſpondit ꝙ nō faceret ne ſodales ſibi inſultarent ſ3 cum reſurgeret ab infirmitate vellet cōfiteri. Infirmitate cōualeſcente iterato viſitauit eum rex cui ait ille. O rex ſine vtilitate modo viſitas me qꝛ duo iuuenes pulcri intrauerunt iam ad me quorꝝ vnꝰ portabat pulcrum librꝝ in quo erant bona pauca que feci. poſtea vero intrauit exercitus malignorꝝ ſpirituū quorꝝ vnus maiorē ꝓtulit librū horrende viſionis. enormis magnitudinis ⁊ ponderis importabilis in quo erant ſcripta oīa ſcelera mea que feci vel cognoui in tetris litteris. Dixeruntq3 ad illos iuuenes quid vos hic facitis. iſte noſter eſt quibus illi. verū ē. ducite illum in tumulū damnationis. duoq3 percuſſerūt me. vnus ad caput alius ad pedes ⁊ cum ad cor peruenient morior ⁊ a demonibus ad inferna pertrahar. Sicq3 factum eſt A tam miſerabili morte cuſtodiat nos ihs xps. Amen

De Animabꝰ defunctorꝝ.

Sancta ergo ⁊ ſalubris eſt cogitatio ꝓ de. exora. ij. Mach. xij. In verbis iſtis duplex effectus tangit̄ orōnis. vnus ē reſpectu viuorꝝ. ſ. mentis expiatio. Scd̄us eſt reſpectu mortuorū ſ. pene deletio. Primū ibi Scā ergo ⁊ ſalubris Scd̄m ibi ꝓ de. exora. ¶ Nota ergo hoc qđ dicit pro defunctis exora. ꝙ ſm̄ Grego. Anime defunctorꝝ quatuor modis adiuuant̄. interdū adiuuātur oblationibus ſacerdotū. Orationibꝰ ſanctorꝝ. Elemoſinis carorū Ieiunijs ꝓpinquorū. De primo dicit̄ Ecc. xlv. Ipm̄ elegit ab omi viuente offerre ſacrificiū deo incenſum ⁊ odorem bonū in memoriam pro populo ſuo placare. Iſtud ſacrificiū eſt corpus ⁊ ſanguis chriſti qđ offert ſacerdos deo in memoriā paſſionis pro viuis ⁊ defunctis Auguſtinus Cum ſacrificia altaris pro baptiſatis defunctis omnibꝰ offeruntur pro valde bonis. i. pro his qui ſunt in celis

ſunt graciarū actiones ꝓ nō valde malis.i.qui ſunt ī purgatorio
ſunt ꝓpiciationes pro valde malis.i.pro his qui ſunt in inferno ec̄
ſi nulla ſunt adiumenta mortuorū.qualeſcūqꝫ tamē ſunt cōſolati
ones viuorū. Quibus autē proſunt vel ad hoc proſunt vt plena ſit
remiſſio.vel vt tolerabilior fiat damnatio.i.pena quā ſuſtinent in
purgatorio.pena aūt illorū qui ſunt in inferno nunq̄ꝫ mitigabitur
perpende q̄ꝫ vtile ſit dicere miſſas pro his qui ſunt in purgatorio.
Nota ꝙ in miſſa corpus ⁊ ſanguis xp̄i imolat̄ paſſio xp̄i repn̄tat̄
ſuffragiū omniū ſanctorū implorat̄.de p̄mo Gregoriꝰ. Cum cor/
pus xp̄i in altari ſumit̄ eiꝰ caro in ſalutē populi partit̄.vnde dn̄s
dicit Jo.vi. Caro mea vere eſt cibus ⁊c̄. O q̄ꝫte efficacie eſt ille cibꝰ
⁊ potus qui dum deuote in altari offert̄ deus ⁊ oēs ſancti in p̄ria
honorant̄. Sacerdos miſſam celebrans ⁊ ꝑpl'us circumſtans ⁊
oēs fideles ſiue ſunt in mundo ſiue in purgatorio adiuuant̄. Jtez
ſacerdos offerens hoſtiā dicit. Accipe ſancte pater oipotens eter/
ne deus hāc imaculatā hoſtiam ⁊c̄. Quid poteſt deus pater ſacer/
doti corpus ⁊ ſanguinē filij ſui vnigeniti deuote offerenti denega/
re.vnde dicit̄ Leui.v. Si aliquis peccauerit veniat ad ſacerdotem
⁊ orabit pro eo dn̄m ⁊ dimittet̄ ei. ꝓpter hoc ſacerdos in canone
corpꝰ xp̄i ⁊ ſanguinē ꝯſecratū in altum eleuat q.d. O pr̄ clementiſ
ſime reſpice corpꝰ ⁊ ſanguinem vnigeniti tui.ſ.corpꝰ qd̄ tibi obla/
tum fuit in cruce ⁊ eundē ſanguinē qui effuſus fuit ꝓ redēptione
generis hūani ⁊ miſerere oīm ꝓ q̄bus hoc corpꝰ ⁊ hūc ſanguinē
offero. ex q̊ ꝓprio filio tuo nō pepciſti ſꝫ ꝓ oibus eum tradidiſti in
mortē.nūc ꝑ illū ⁊ cū illo qui hic pn̄s eſt cuiꝰ cor.⁊ ſan.ego offēo
tibi.dabis nobis id qd̄ petimꝰ.i.rogo te per oēs paſſiones q̄s fili
us tuꝰ inocens ſuſtinuit.vt liberes nos ⁊ aīas q̄ ſunt in purgato
rio ab omni pēa ⁊ duc nos ad vitā eternā. ¶ Scd̄o paſſio xp̄i in
miſſa repn̄tat̄.i.Cor.xi. Quociēſcūqꝫ manduca.pa.hūc ⁊ calicez
biberitis ⁊c̄. ꝓpter qd̄ cū dn̄ſ daret corpus ſuū ⁊ ſanguinem diſci
pulis dixit Lu.xxij. Hoc facite in meā cōmemorationē id eſt qn̄ of
fertis in altari corpꝰ meū ⁊ ſan.eſtote memo.dolorū me.⁊ mor.m
Grego. Hec victima ſingularit̄ animā ab eterno interitu liberat
que nobis mortem vnigeniti per miſteriū repreſentat. ¶ Nota vt ſa
cerdos penas chriſti ⁊ paſſionem in memoria habeat ideo tam ve
ſtibus q̄ꝫ geſtibus in miſſa penas repreſentat. ¶ Primo nanque

amictū ponit in capite qđ cancellatꝰ circa pectus ⁊ tandez replica
tur circa collum ⁊ ſignificat pannū quo velata fuit facies domini
quando collaphis ⁊ alaphis ceſus eſt ⁊ dictum eſt ei. ꝓpheti ſa. q̄s
eſt qui te percuſſit ideo replicatur ad collum vt cogites de colaphiſ
chriſti. ideo circa pectus ligatur vt illius illuſioniſ nunq̄ꝫ obliuiſca
ris. Poſtea induit albam que ſignificat albam veſtem de qua dici
tur Luce xxiij. Spreuit eū herodes cum exercitu ſuo ⁊ illuſit indu
it veſtem albam ⁊ remiſit ad Pilatū. hec veſtis eſt ampla ⁊ lata q̄ꝛ
chriſtus ibi magnū opprobriū corā multis ſuſtinuit p̄s. Propter
te ſuſtinui opprobriū. cingulū ſtola et mapula ſignificant tria liga
mina quibus ligatus fuit pro nobis chriſtus. Primo eni ligatꝰ fu
it in infantia. vnde canit eccleſia Vagit infans inter arta poſitus
preſepia membra pannis inuoluta virgo mater alligat ꝛc̄. Iſtud ſi
gnificatur per ſtolam que primo ponitur circa collum ⁊ poſtea in
ſtar faſcie cancellatur. ¶ Scđo ligatus fuit quando cōprehenſus
fuit in orto ⁊ ductus ad Annā p̄mū Jo. xviij. iſtđ ſignificatꝰ per ma
pulaꝫ que ponitur circa manus q̄ꝛ chriſti manus inſtar furis liga
te fuerunt. ¶ Tercio ligatus fuit ad columnā quando flagellatus
eſt Math. xxvij. iſtđ p cingulū ſignatꝰ quo cingitꝰ dorſum q̄ꝛ xp̄us
multa vulnera ⁊ dolores in dorſo ſuſtinuit p̄s. Supra dorſum me
um fabri. ꝛc̄. poſtea ſacerdos circundat ſibi caſulam que interduꝫ
ē de purpura vel vt frequentius crucē h̄ꝫ de purpura ⁊ ſignificat
veſtē purpuream de qua dicitꝰ Jo. xix. Milites plec. co. de ſpi. impo.
ca. eꝰ ⁊ veſtem pur. circū. ei d. Aue rex iudeoꝝ ⁊ dabāt ei ala. Sic
igitur ſacerdos rep̄ntat penas xp̄i in veſtibus q. d. O pater eterne
penas ⁊ opprobria filij tui oculis tuis repreſento vt miſerearis cm
nium fideliū tam eoꝝ qui ſūt in mūdo q̄ꝫ in purgatorio Item repre
ſentat paſſionem chriſti in geſtibus. primo cū accedit ad altare ꝓ/
funde inclinat per qđ ſignificatꝰ illa inclinatio qua xp̄us incurua
batꝰ cū ꝓpriaꝫ crucē baiularet Jo xix poſtea oſculatꝰ altare per qđ
ſignificatur oſculū cū q̄ iudas xp̄m tradidit poſtea incipit canta/
re ⁊ clamare per qđ ſignificatꝰ clamor quo xp̄s in cruce emiſit ſpi
ritū. Orōes in miſſa ſignificant orōem quā xp̄us orauit ꝓ inimicis
Silentiū ſignificat illud ꝙ xp̄us ſtans corā herode licet in multiſ
accuſaretꝰ ⁊ a multis tn̄ nihil rn̄dit Qđ ſacerdos vertit ſe ad ꝓplꝫ
ſignificat illud ꝙ xp̄s vadens ad paſſionē conuerſus ad mulieres

q̊ plangebāt cū. dicit Filie ihrl̄m. ꝛc̄. Altare ſignificat crucē. Calix
ſepulcrū. Patena lapidē ſuppoſitū. Corpalia linteamina q̄b⁹ cor-
pus xp̄i īuolutū fuit. q̄ꝺ plura nihil vacat a miſterio. lōgū eēt nar
rare q̄ꝺ ſignificāt xxv. cruces ſiue ſigna q̄ fiūt in canone nūc ſuper
calicē nūc ſup̱ hoſtiā nūc ſup̱ vtrūq̨ hec ⁊ m̄lta alia cā breuita-
tis trāſeo. ſic ergo ſacerdos tā geſtib⁹ q̄ȝ veſtib⁹ xp̄i paſſionē rep̄n
tat. quō pōt de⁹ p̄r ibi claudē viſcera miſeratiōis vbi ſit tā euidēs
rep̄ntatio xp̄i paſſiōis ¶ Tercio in miſſa ſuffragiū oīm ſcōꝝ īplora
tur iō dr̄ in canone cōicantes ꝛc̄. vſq̨ muniamur auxilio q. d. ſacer
dos de meis meritis nō p̄ſumo ȝ oīm ſcōꝝ prōciniū īuoco. putas
ꝙ de⁹ pōt abnegare oībus ſanctis in celo regnātib⁹ quib⁹ ꝓmiſit
adhuc in terra degētib⁹ Jo. xvi. Petite ⁊ accipi. ꝛc̄. ¶ Scd̄o aīe in
purgatorio iuuant̄ orōnib⁹ ſcōꝝ. vn̄ dr̄ hec ſcā ⁊ ſalubris ꝓ defū.
ē co. ¶ Nō ꝙ hui⁹mōi orō dȝ eē pura. hūilis ꝓfuſa. lacrimoſa aſſi
dua. de p̄mo p̄s. Iniq̄tatē aſpexi ꝛc̄. ꝓptēa exaudiuit ꝛc̄. ſupple q̄a
pur⁹ ſum a pcc̄o. q̄ vult aliū lauare a ſordib⁹ dȝ mūdas man⁹ ha
bere. ſic q̄ vult orare ꝓ his qui ſūt in purgatorio vt purgen̄t debȝ
eē a mortali pcc̄o mund⁹. yſa. i. Cū extēderitis man⁹ vr̄as ꝛc̄.
Scd̄o dȝ eſſe humiliter ꝓfuſa p̄s. Reſpexit in orōeȝ humliū ꝛc̄
Nō ſ̄m legē cōeȝ purgatoriū eſt in loco inferiori. ſ. circa infernuȝ.
Infern⁹ quidē eſt circa centrū terre ⁊ diſtinguit̄ in q̄tuor loca In
infimo eſt infern⁹ dānatoꝝ. ſup̄ hūc purgatoriū. ſup̄ hūc limbus
pueroꝝ. ⁊ ſupra hūc fuit limb⁹ patꝝ. q̄ purgatoriū eſt in loco hu
mili ideo qui orat ꝓ animab⁹ ibi exn̄tibus dȝ ſe humiliare. Si eni
aliquis in ꝓfundā foueā caderet nō poſſes euȝ inde extrahere niſi
inclinares te. ſic i terra nō potes extrahere aīas p̱ orōes de purga
torio niſi humilies te ¶ Tercio debet eſſe lacrimoſa Judith viij. In
dulgentiam illius fuſis lacrimis poſtulemus. Qui vult extinguere
ignem ſuperinfundit aquā. ſic qui vult extinguere ignem purgato
rij debet fundere lacrimas Certe ſi veſtis patris tui vel fratris vel
amici alteri⁹ iaceret in igne multū feſtinares vt extraheres ⁊ ecce
nō veſtis ſeu corpus amici tui ȝ anima ardet in purgatorio ⁊ non
curas maxime cuȝ clament voce lugubri ad eos qui ſunt in terra
de purgatorio dicendo illud. Job. xix. Miſeremini mei miſeremini
mei ſaltem vos amici mei quia manus domini tetigit me.
¶ Quarto debet eē aſſidua Jac. v. Multū valȝ dep̄. iuſ. aſſid̄. conti

nuc dēs orare qꝛ in ꝯtinuis penis ſūt. hic vetule errāt que dicūt ꝙ
q̄n̄q̄ȝ ſunt ſine penis ſ. a veſpera die ſabbati vſq̄ȝ ad māe ſcđe ferie
ꝛ a feſto ſancti Michaelis vſ ad feſtū aiaꝝ. hoc friuolū eſt qꝛ ſm
Auguſti. Dedec⁹ culpe nō pōt remanere ſine decore iuſticie. ergo
q̄ȝdiu ibi de culpa aliq̄d eſt tādiu ſuſtinent penā. Ora ergo aſſidue
pro aīa amici tui qꝛ in purgatorio aſſidue ardet. ¶ Sed dices for
te Amic⁹ meus ante multos ānos mortu⁹ eſt nō credo ꝙ aīa ad
huc ſit in purgatorio. forte eſt in celo ꝛ oratione mea non indiget.
vel in inferno ꝛ orō mea ſibi nō ꝓdeſt. noli hoc dicere qꝛ nō poteſ
orare inutiliter. nō credas ꝙ amic⁹ tuus liberat⁹ ſit añ. x. ānos a
purgatorio qꝛ forte ardebit adhuc ibi xx. ānis. Cōſidera ꝙ occul
ta ſūt iudicia t. ꝛ q̄ȝ iuſtus iudex ſit deus qui ꝓ oībus peccatis q̄ȝ
tūcunq̄ȝ modicis ſiue cogitationis ſiue locutionis ſiue opis de q̄
bus hō ſufficiēter in mūdo nō ſatiſfecit exiget penā in futuro ideo
dicit̄ ad Hebreos x. Horrendū eſt incidere in manus dei vi. Cogi
ta ꝙ aīa nūq̄ȝ poterit venire ad regnū celoꝝ niſi ꝑus fuerit ita mū
da ſicut aīa pueri iā baptiſati ꝛ idō manebūt diu in purgatorio qui
cū multis peccatis venialib⁹ decedūt. ꝛ dato ꝙ ſi aīa amici tui ꝓ
q̄ oras ſit in celo. adhuc nō oras inutilit̄ qꝛ ſi oras ꝓ ea fidelit̄ q̄m
credis eē in purgatorio ipa orat ꝓ te in celo ꝛ etiaȝ orō tua ꝓdeſt
tibi ꝯſi ꝑs. Orō m. in ſinu m. ¶ Tercio dico ꝙ aīe in purgatorio iu
uant̄ elemoſinis caroꝝ vn̄ Ecc̄. iij. Ignē ardentē extiguit aq̄ ꝛ ele
moſina reſiſtit pcc̄is. aīe in purgatorio i magno ſūt igne idō indigēt
m̄ltis elemoſinis. ¶ Nō ꝙ elemoſina debet fieri ꝓ his q̄ ſūt in pur
gatorio triplicit̄. ꝑmo vt debita ſoluantur. Scđo vt teſtamēta q̄
ꝯdideꝝt reddāt̄. 3° vt aliq̄ ꝓ ipis in ſpāli paupib⁹ ꝛ ſacerdotib⁹ ero
gent̄. De ꝑmo Ecc̄. iiij. Declina paupi ſine triſticia au. t. ꝛ redde
debitū tuū. Vba hec pn̄t dici cuilibet heredi q̄ hereditatē amici ſui
tollit ꝛ debita illi⁹ n̄ ſoluit huic dr̄. declina pau. au. t. ſ. t. i. audi deſi
deriū paupis amici tui q̄ ē in purgatorio i tāta pauptate ꝙ de oī
bus bōis ſuis n̄ pt hr̄e vnū obulū pſolue e⁹ debita qꝛ deſiderat ꝛ
noli eū ꝯtriſtare ſolutōȝ debitorū e⁹ ꝓtrahēdo qꝛ forte ꝓ hiſ puni̓t
Multi ſūt q̄ dū eēnt ſani potuiſſēt bn̄ ſoluē debita ſua ſȝ neglexerunt
cum egrotant libenter perſoluerent ſed non poſſunt cōmittunt he
redibus ꝛ moriuntur. Iſti qꝛ habebant plenū ꝓpoſitum ſoluendi
ideo non damnantur ſed qꝛ neglexerunt ſoluere quādo poterant

ideo in purgatorio puniunt᷑ etſi heredes ſtatim pro ipſis ſoluerent
citius liberarent᷑. Quod hō cuiuſcū𝑞 hereditatē percipis ad ipſius
debita ſoluēda obligaris ideo dicit᷑ redde de. t. quondā erit debitū
pa. t. qñ ipe vixit nūc eſt tuū debitū q2 hereditatē ſuam hēs. ſi tu
non ſoluis pro ipo deo rñdebis. ¶ Item reſiduū hui⁹
ſmonis require in fine hui⁹ libri. Et inchoat᷑ ſic Scdo vt teſta.

## De ſancto iheronimo.

tem per hāc viam venit xp̄us in mundum hanc tenuit hanc docuit per hanc in celum rediit iō necesse est ipsum sequi per hāc viam. lu ce. ix. Si quis vult post me venire abneget semetipm̄. ſ. per abrenū ciatōnem ꝓprie voluntatis ⁊ subiectōnem humilitatis ⁊ tollat cru cem suam ⁊ sequatur me. hec ē via plana sine mōte supbie. de qua ysa. xl. Erant praua i directa ⁊ aspēa in vias planas. Qui ergo xp̄o bene ministrauit ⁊ ipsum sicut dictū est secutus fuerit. vbi xp̄s ē ⁊ ip̄e erit videlicet ad dexterā dei patris in quo notatur p̄mium ⁊ sequit̄ ip̄m per viam eternam p quam ꝓpheta petebat deduci. p̄s. Deduc me in via etna ⁊ ꝓpter h̄ dr̄ q̄ mihi ⁊c̄. Rogemus ⁊c̄.

De martiribus sermo

Fortes facti sunt in bello. Heb. xi. Si gesta fortia antiquorū vt caroli ⁊ holofernis recitantur vt moderni animentur. ge sta fortissima martirū taceri non debent vt ad filia xp̄iani animētur vn̄. i. Macha. vi. Ostēderunt elephātis sanguinē vue ⁊ mo ri ad acuēdos eos in prelium. i. modernis passionem xp̄i ⁊ martirꝝ ⁊ iō in verbis istis recolit ecclesia gesta fortia martirum. In quib⁹ tria notantur perfectio sustinentium ibi fortes. que in fortitudine i portatur. Cause enim ardue atlethis fortibus committuntur ⁊ q̄a causa fidei est arduissima. martires qui pro fide certauerunt opor tuit esse fortes. In signum huius dicitur p̄mi. regū. xviij. ad dauid. qui interpretatur manu fortis. Esto vir fortis ⁊ preliare p̄lia domi. Scdo nōtur bn̄ficiū adiuuantis ibi fc̄i sunt nō ei a seipis fortes/ fc̄i sunt ꝫ a deo q̄ dat lasso ꝟtutē. ysa. x. ⁊ his q̄ nō sunt fortitudinē sic ei labor ⁊ vigor ⁊ viror ramorꝝ ꝓcedit a radice. sic a deo fortitudo martirib⁹ collata ē. ij. par̄. 16. Oculi tui dn̄e cōtēplant̄ vniuersā ter. ⁊ p̄bēt forti. ⁊c̄. Tertio malicia p̄secūtis nōtur cuꝫ dr̄ in bello. Bel lū eni dr̄ quasi bonū p ɔtrariū quasi n̄ bonum. p̄s. Dissipa gētes q̄ bella volūt ꝫ q̄r in bello appar3 ⁊ ꝓbat̄ fortitudo. p̄rio videndū ē de bello. Nō ergo ꝙ septuplex ē bellū p qd̄ dyabol⁹ ɔtīue pugnat ɔtra scōs. p̄mū est supbie h̄ est certam̄ draconis cū deo in celo. apoc. xij. factū est p̄li. mag. in celo ⁊c̄. dyabol⁹ ei ɔtendit de eq̄litate sicut hēt ysa. xiiij. Sup astra celi exaltabo soliū meū sedebo in mōte testam̄ti filijs ero altissimo. astra celi dicunt̄ h̄ chori angeloꝝ mōs testamēti ē exaltatio testatoris. ſ. filij dei cui par fieri voluit lucifer. h̄ prelio pre liant̄ cū deo oēs supbi. p̄s. Supbia eoꝝ q̄ te oderūt. as. sē. Et eze. 36

Eze. xxviij. O cherub ꝓtigẽs de medio lapidum ignitorum. Eleua/
tum eſt cor tuum ĩ decore tuo. perdidiſti ſapiam tuã in decore tuo.
In terrã ꝓieci te añ faciẽ regũ dedi te. vt cernerẽt te ĩ mltitudĩe iniq
tatũ tuaꝝ ⁊c̃. Cherub h̄ dr̃ dyabol⁹ plen⁹ ſapientia fulgẽs int̃ lapi
des ignitos caritate. Protegẽs aũt dicit̃ qꝛ fuit ſuper alios q̊s ꝓte/
gere debuit. ſꝫ ꝓpter ſuperbiã ſuam fulgor ſapie ſue depdit ⁊ ꝓiect⁹ ẽ
extra conſortium lapidũ ignitorum in ignẽ eternũ de monte btitu/
dinis dei in terraꝫ tamq̃ꝫ in carcẽm vt ibi temptet hominẽ vſqꝫ ĩ diẽ
iudicij. ⁊ tũc in infernum detrudatur ⁊ hoc ẽ ꝙ dedit eum ante fa
ciem regũ terre. i. appetẽciũ regnũ ⁊ gl̃am h⁹ mũdi vt cernãt ſi am
bitio ſupbie in demone eſt ſic dãnata q̃ angel⁹ fuit quãtũ damnabi
tur in miſero homine de luto ⁊ ſtercore facto. qꝛ ſupbia tanto ẽ de
teſtabilior quanto ſupb⁹ fuerit hũilior ⁊ non hñs timoris occaſiõꝫ
Scd̃m bellũ eſt inuidie h̄ ſignificat̃ p certamẽ cayn qui ꝓpter inui/
diam frẽm ſuũ occidit. Gene. iiij. Conſurrexit cayn aduerſus frẽm
ſuum ⁊ occidit eũ. ⁊ notabile eſt ꝙ inuidus fuit non alia de cauſa
niſi qꝛ melior eo ⁊ deo acceptior fuit frater quã ipſe. Et ita faciunt
mlti inuidi ſp quantum in ſe eſt occidũt frẽm ſuum. non ei pſequũ
tur inimicũ ſꝫ frẽm bonum extiguẽ volunt ⁊ nihil aliud pſequunt̃
niſi bonum qd̄ de⁹ dedit illi p qd̄ vr̃ magis diligere eũ cui dedit. h̄
aũt occidit xp̄m. dr̃ eni mat. xxvij. Sciebat eni pylatus ꝙ p inui/
diam tradidiſſent eũ huius vicij ꝓpria ꝯdemnatõ eſt tremor capil.
qꝛ inuid⁹ tremula mẽte intuet̃. h̄ etiã viciũ mouit fortiſſimũ certam̃
pmo hõi ĩ padiſo vñ eẽ eiecit euꝫ. ſapi. ij. Inuidia dyaboli introiuit
mors ĩ orbẽ terraꝝ. Tertiũ bellũ eſt ire qd̄ ẽ mltũ forte. Ja. i. Ira ei
viri iuſticiã dei nõ opat̃ h̄ ẽ bellũ qd̄ fuit inter ſaul ⁊ dauid ſic legit̃
i. Re. xvi. Spũs domini receſſit a ſaul ⁊ exagitabat euꝫ ſpũs neqꝫ. a/
deo ꝙ nitebatur cum lancea pfodere dauid. ſpũs dñi eſt ſpũs man
ſuetudinis ſic̃ ipſe dic̃ mat. xi. Diſcite a me ⁊c̃. Spũs aũt neqꝫ ⁊ ma
lus ẽ ſpũs ire q̃ exagitauit ſaul. ⁊ exagitat iracũdos q̃a ad lr̃am ex
feruorẽ ſanguinis circa cor ⁊ ex vaporatione fellis ad ſuperiora ⁊ ex
protenſione ⁊ multiplicatione ſpirituum in ſuperiori parte corpo/
ris incipit corpus tremere. labia habere motum inordinatum. ocu
li voluunt̃ ⁊ rubeſcunt. nares ampliantur. ⁊ hoc dicitur exagitatõ
ſpiritus mali quo exagitatur iracũdus. lancea aũt qua nitit̃ pfodẽ
dauid ẽ dira ira ſic dr̃ ſapi. v. Acuet dirã irã ĩ lanceã. Quartũ bellũ

illi oēs cōiter.illi.non aliȷ̄.in ſanctitate ⁊ iuſticia.nō i peccato et i
imundicia.corā ipo.nō corā mundo.omnibus diebus noſtris nō
ad tēpus tm̄.Debem⁹ eni ſeruire deo oēs cōiter vł generaliter qꝛ
deus eſt omniū ſpeſter xiiȷ̄.ps.Seruite dño in timore Item ſingu/
lariter qꝛ nemo pōt duob⁹ dñis ſeruire Mathei vi.Preparate deo
corda veſtra ⁊ ſeruite illi ſoli p.Re.viȷ̄.Item munde ⁊ ſinceriter qꝛ
nō amat dñs qđ ſibi manib⁹ immūdis offert yſa.p.Ne offeratis
vltra ſacrificiū dño ⁊c.ps.Ambulās i via imaculata hic mihi mi
niſtrabat Item nō ficte ſ; fideliter ne iuſticiā veſtrā faciatis coram
hominibus qꝛ tales receperunt mercedē ſuā Math.vi.Deu.x.do
minus deus tuus petit a te vt timeas eū ⁊ diligas euȝ ⁊ ſeruias ei
in toto corde tuo ⁊ in tota anima tua Eph.vi.Nō ad oculū ſeruiē
tes quaſi hominib⁹ placentes ſ; vt chriſti ſui facientes voluntatē
dei ex animo ⁊c Item longanimiter ⁊ perſeueranter qꝛ qui pſeuera
uerit vſq; in finē hic ſaluus erit Mathei x.Lu.i.Seruiamus illi ⁊c.
omnibus diebus noſtris Habem⁹ eni quaſi treſ menſas de quib⁹
debem⁹ ſeruiciū ſcȝ de corde dilectionē de corpore bonā exercitati
onem.de tpali poſſeſſione elemoſinaꝝ largitionē.¶ Tercia iuſticia
eſt in ſupererogatione gratuitoꝝ.iuſtū eni videtur eē poſt emēda/
tionē cōmiſſoꝝ ⁊ ſolutionē debitoꝝ curiali dño aliquaȝ curialita
tem facere Math x.Gratis accepiſtis gratis date iđ dr̄ Ecc.xxxv
Oblatio iuſti impinguat altare ⁊ odor ſuauitatis in ꝯſpectu dñi.
Ideo ita faciebat Abel iuſtus qui dedit dño de meliori Gene.iiȷ̄.
⁊ ideo dñs eū multiplicauit ⁊ merito Dñs eni tali diſpenſatori li/
benter cōmittit bona ſua qui de illis largiter adminiſtrat ſed mali
diſpenſatores ſeruiunt dño ſicut vigellatori dātes ei veſtes vetereſ
⁊ cibos peiores hi ſunt in vita Cayn Geñ.ꝶ.ꝯtra tales Malach p.
Maledictus doloſus qui habet in grc.ſ.maſ.⁊ vo.fa.immo.de.do
mino Item reſpectu ꝓximi debem⁹ habere triplicē iuſticiā.Prima
eſt vt alteri nocumenta nō inferamus ꝓuer.xvi.Semita iuſtoruȝ
declinat mala ps.Domine quis habitabit in tabernaculo tuo ⁊c.
qui ingredit̄ ſine macula ⁊ operat̄ iuſticiā nec fecit ꝓximo ſuo ma
lum.i.qui nec verbo nec ope iniuriat̄ proximo ſuo hec fuit iuſticia
Tho.ȷ̄ȷ̄.Videte ne forte furtiu⁹ ſit ⁊c Et q̄rto Quod ab alio ode/
ris tibi fieri ⁊c.hoc nō faciunt raptores ⁊ detractores ſimiles lupiſ
⁊ miluis qui nō viuunt niſi de alienis.¶ Scđa vt illis offenſas re

mittamꝰ Eccle.x. Omnis iiurie ꝑximi ne memineris ⁊ nihil agaſ
in operibus iniuſticie. Et hoc quidē iuſtū eſt ſi volumꝰ a deo iudi
cari in foro miſericordie vt in eodē velimꝰ iudicare cum ꝓximo.
Alioquin miſericordia nō recognoſcet vos ps. Juſtus miſeretur
⁊ retribuet. ¶ Tercia eſt vt nos ⁊ nr̄a illi exhibeamꝰ vt abundemꝰ
in omne opus bonū ſicut ſcriptū eſt Diſperſit dedit pauperibꝰ ⁊c̄.
ij. Cor.ix. Juſtū quidē eſt vt ſeruus exhibeat ſe largū familie dn̄i
ſui maxime qn̄ hꝫ ex hoc mandatū. ⁊ ſcit dn̄i ſui in hoc eſſe volū
tatem. hoc aūt mandatū habemꝰ a domino Oſee x. Seminate vo
bis in veritate. i. bona intentione ⁊ metite in ore miſericordie In
ore ſcꝫ illius qui dicet in tempore meſſis Math.xxv. Eſuriui ⁊c̄. et
poſt. Quod vni ⁊c̄. ꝫ qui parce ſeminat parce ⁊ metet ij. Cor.ix.
Exemplū de diuite epulone qui noluit in agro ſtercorato ſerere.
quē habebat ante ianuā ſuam ideo poſt mortem ſuaꝫ nihil meſſu
it nec etiā vnam micā nec aque guttam Luce xvi. ¶ Jtē reſpectu
ſui debet quiſqꝫ habere triplicem iuſticiam. Prima eſt vt anime
ſue que fidei ſue cōmiſſa eſt ſit fidelis procurator ꝓuerbi.xiij. Ju
ſtus comedit ⁊ replet animā ſuā venter autē impiorꝫ inſaturabi
lis q.d. iuſtꝰ q̄rit ⁊ ꝓcurat neceſſaria aīe ſue ꝫ impius delectabi
lia vētri Et hec magna ē iiuſticia negligere dn̄aꝫ ⁊ ꝓcurare an
cillam Job xxiiij. Obliuiſcat̄ eius miſericordia dulce. il. vmis. pa
uit eni ſteri. ⁊c̄. Ecc̄.x. Peccantē in animā ſuā q̄s iuſti. aut hono.
inhon .ſe. multi tn̄ plus honorāt ſotulares ſuos q̄ꝫ animā ſuam
Scd̄a ē vt ſit corpis ſui iuſtꝰ gubernator ipm̄ in diſciplina tenen
do ps̄. Apprehēdite diſci. ne qn̄ iraſ. do. ⁊ pe. de vi. iuſta. debemꝰ
eni corpꝰ nr̄m hr̄e vt aſinū vel ſeruū. Ecc̄.xxxiij. Cibaria virga ⁊
ba. aſi. pa. ⁊ diſ. ⁊ opꝰ ſuo. Expone. ꝫ multi dimittūt aſinū ſuū laſ
ciuire exemplū de aſino qui ſaltauit ad collū dn̄i ſui. ¶ Tercio ꝙ
ſit vtriuſqꝫ iuſtꝰ exercitator vtrūqꝫ in bono ꝓmouēdo ꝓuer. iiij.
Semita iuſtorꝫ q̄ſi lux ſplē. ꝓce. ⁊ creſcit vſ ad ꝑfectū diē ꝫ ſemi
ta multorꝫ ē vt lux veſꝑtina q̄ ſꝑ decreſcit ¶ Jtē r̄ſpcu ſubditi dꝫ
hr̄e p̄latꝰ triplicē iuſticiā. p̄mo nccria ꝓuidēdo ꝓuer. xij. iuſtꝰ no
uit ſcꝫ ꝑ ꝯpaſſionē ⁊ ſollicitudinē aīas iumētorꝫ ſuorꝫ i. aīarū ne
ceſſitates. viſcera āt ipiorū crudelia. 2° monēdo ⁊ corrigēdo Ecc̄
xi. Cū inc̄. cer. iuſte. ꝓuer. x. Labia iuſti erudiūt plurimos. ⁊ xxi.
Excogitat iuſtꝰ de domo impij ⁊c̄. ¶ Tercio ꝑ boꝰ exm̄ ad meliora
deducē

deducendo puer.xx. Juſtus qui ambulat in ſimplicitate ſua bea/
tos p⁹ ſe filios relinquit ſic patet pmū principale in quo notat p/
fectio vite cum dicit iuſtū Sequit ſcdm in quo notat honorificen
tia liberalitatis diuine cum additur deduxit dns per. Circa quod
nō q ſunt tres ductores Primo eni dyabol⁹ eſt dux iniqu⁹ quia
ducit ad patibulū puer.xvi. Vir iniquus lactat amicū ſuū Dya/
bolus eni dicit vir nō pter virtutes ſz pter vires qr Job xl. Non
eſt poteſtas ſup terrā que oparetur ei zc. Iniquus dicit pter neq
ciam z maliciā pma Pe. vltimo Aduerſarius veſter dyabol⁹ ē zc.
hic lactat.i.allicit ſcz per delectationes amicū ſuū.i.peccatorē fa/
cientem voluntatē ſuā qr ſicut dicit Tullius Vera amicicia ē idē
velle z idē nolle Sequit z ducz eū per viam nō rectaz ipſe eni dya
bolus ducit miſerū peccatorē per viam delectationū ſicut carnifex
porcū per granū vt alliciat z tandē ducit ad macellū vt interficiat
multi tamē hunc ſequūtur licet modicū lucrū reportent imo poti⁹
nullū cōmodū reportāt Scdo caro vel mūdus dux eſt cec⁹ quia
ducit ad periculū Math.xv. Cecus ſi ceco ducatū prebe. nōne am
bo in foueā cadunt Cecus eſt mūdus qui pmittit ducatū in para
diſum z tamen impingit in paludes z ſic ipſe z ſequaces ei⁹ cadūt
in foueā Job xxi. Ducūt in bonis dies ſuos z in puncto ad īferna
deſcendūt ideo puer.xxiiij. Erue omnes qui du. ad mortē z q̄ tra
huntur ad vite libe.vc.teſ. Tales incedunt per viam de qua.pro
uerbiorū decimoſexto. Eſt via que videtur homini recta z nouiſ
ſima ei⁹ ducunt ad mortē q̄ etſi mō recta videat poſt videbitur diſ
torta qn mali in inferno clamabunt illō Sap.v. Errauimus a via
veritatis z iuſticie zc. Tercio xpus dux eſt fidelis z bonus qui
ducit ad regnū Vnō in pposito Juſtū deduxit dns per vias rcās
zc Talem ducē habuit ſanct⁹ N q̄ noluit habere ducē dyabolum
vel mundū ſz ſolū xpm ducē Deu.xxxij. dns ſolus dux eius fuit zc.
Nō q dns ducit hominē ſeptē modis ſm ſeptē dona ſancti ſpirit⁹
Primo ergo ducit per donū timoris miſericorditer ſuſtentādo cō
tra impetū tentationis z aduerſariorū ne forte cadāt Exo.xv. dux
fuiſti in miſericordia pplo quē redemiſti Nota quō peregrini ſuſtē/
tant ſe cū baculo ſic timor dñi eſt bacul⁹ quo debem⁹ nos ſuſtēta
re ne in labore tentationis deficiam⁹. Ecc.xxvi. Niſi in timore dñi
tenueris te inſtant ſubito ſubuertet dom⁹ tua Jtē debem⁹ nos defē

dere ꝯtra dyabolū ne in foueā luxurie vł in laq̄os auaricie decip
damur ꝓuer. xiiij. Timoꝛ dn̄i fons vite vt decli. a ru. moꝛtl. Et xv.
Per timo. domi. decli. o. a malo Hic ē vga ⁊ bacul⁹ peregrini que
ipm ꝯſolaꝛ p̄s. Virga tua ⁊ bacul⁹ tu⁹ ip̄a me ꝯſolata ſunt. ¶ Se
cūdo ꝑ donū pietatis q̄ ad oia vtilis eſt. i. Thimo. iiij. paſcendo et
reficiendo ne deficiāt ꝓpꝛ nomē tuū dux mihi eris ⁊ enutries me.
Thob. xij. Jlle me duxit ⁊ reduxit ſanuꝫ. pecuniam a gabelo ipſe
tulit. vxoꝛē me hr̄e fecit ⁊ demoniū ab eo cōpeſcuit Expone Ange
lus ē xp̄us. demon culpa. vxoꝛ penitētia. pecunia gr̄a ſanitas inno
centia Hic nutrit interi⁹ ꝑ cōpaſſionē ⁊ exterius ꝓ primum per bo
noꝛū operū exhibitionē. Hec eſt delboꝛa nutrix rebecce. qꝛ cōpaſ
ſio nutrit pacientiā hec moꝛiꝛ in effreta Gen. xxxv. verno tp̄e q̄a
in abundātia ⁊ delicijs nō cōpatimur ꝫ magis in aduerſis Eſt et
alia delboꝛa que ducit exercitū ꝯtra ſyſarā Jud. iiij. Quia non tm̄
nutrit ꝯpaſſionē ꝫ pugnat bn̄ficioꝝ largitione iuxta illud ad Rō.
xij. Jnimic⁹ tuus ſi eſurierit ciba illū ſi ſitit potū da illi hoc ei faciēſ
carbones ignis ꝯgeres ſuꝑ caput eius ⁊c̄. vn̄ ⁊ apis habet aculeū
huic ꝯiungiꝛ benignitaſ Hec ē Jahel q̄ interpꝛetaꝛ ꝯiugiū q̄ aq̄m
petenti lac dedit ꝓuer. xvij. dr̄ Qui dimittit aquā caput ē iurgioꝝ
qui dimittit aquā ꝯtumeliā dicit hāc aquā dimittit. i. ꝯtumeliaꝫ
petit. q̄ alij eā dedit ꝫ tali ſic petenti dꝫ lac dari qd̄ nutrimētū par
uuloꝝ eſt qꝛ rn̄ſio mollis frangit irā ꝓuer. xv. ¶ Tercio per donū
ſcientie prudēter viam oñdendo ne errēt ⁊c̄. p̄s. Deduxit eos i nu
be dici ⁊c̄. per columnā ſpiritualē accipe ducatū filij qui eſt nubes
ꝓpter carnē yſa. xix. Aſcendet dn̄s ſuꝑ nubē leuē ⁊c̄. dies vo eſt ꝓ
pter diuinitatē p̄s Oꝛdinatiōe tua pſeuerat dies Et bene dicit Nu
bes dici nō dies nubis qꝛ ſubiecta erat humanitas diuinitati ⁊ ꝫ
in illuminatione ſpiritusſancti Nubes dici dr̄ ſcientia q̄ eſt in eni
gmate ꝓpterea nubes pluuiā habet. ⁊ donū ſcientie fluctui cōpa
ratur vt qui addit ſcientiā addat ⁊ doloꝛem Eccl̄es. i. ¶ Quarto
ꝑ donū foꝛtitudinis ab hoſtibus potenter ꝓtegendo ⁊ offenſiōes
tentationū tempoꝛaliuꝫ amouendo p̄s. Dn̄e deduc me in iuſticia
tua ꝓpꝛ inimicos meos ꝓuer. iiij. Ducā te ꝑ ſemitas equitatl. ⁊c̄.
ideo dicit p̄s. Si ambulauero in medio vmbꝛe moꝛtis ⁊c̄. ¶ quito
ꝑ donū conſilij. i. viam cōpendij ſociabitur in multitudine aduer
ſitatū ⁊ illectione pſperitatū ꝯfoꝛtādo. p̄s. Deduxit me ſuper ſemi
tas iuſti

tas iuſticie ꝓpter nomē ſuū q.d.nō ſolum per ſtratā mandatoꝝ
ſꝫ per ſemitas cōſilioꝝ Etſi eni ſemita ſit ſtrictioꝛ ſolet tamē eſſe
rectioꝛ ⁊ mundioꝛ ⁊ planioꝛ quā ſtrata vnde ſi volumꝰ vitare palu
des ⁊ ꝯſimilia Ambulandum eſt nobis per conſilia ¶ Sexto ꝑ do
num intellectus delectabiť id ad qđ ducit ne laſſitudine deficiant
ꝓmouendo Sapi.x. Juſtū deduxit dominus ⁊c̄. ¶ Septimo ꝑ do/
num ſapientie ſuauiter ⁊ dulciter id ad quod ducit preguſtare faci
endo ſcꝫ qm̄ ſuauis eſt dominus ps̄. Deduxiſti ſicut oues populū
tuū ⁊c̄. ducuntur eni oues cum ſal in manu lambūt ſic anime cum
guſtū diuine ſuauitatis ſentiunt Oſee ij. Lactabo e. ⁊ ducā eam in
ſolitudinem ⁊ ibi loquar ad coꝛ eius lactat dn̄s. gratiā ꝯtemplati/
onis inſpiciendo. ducit in ſolitudinē carnem caſtigando. loquitur
ad coꝛ delectationes infundendo ſic patet ſcđm. ¶ Sequiť terciuꝫ
in quo notať rectitudo in opere ⁊ in intentione cū diciť per vias re
ctas. Rectū diciť qđ equaliter ſe habet ad extrema Extrema autē
omniū.ſ.iniciū ⁊ finis eſt xp̄us Apoc̄.i. Ego ſum alpha ⁊ o princi
pium ⁊ finis dicit dn̄s. Tunc ergo ſunt vie recte cum operatio ⁊ i/
tentio a deo incipiunt ⁊ ad deū terminanť ideo oꝛat eccleſia Acti
ones noſtras q̄s dn̄e aſpiciendo preueni ⁊c̄. Hoc eſt quod docuit
Thobias Tho.4.filiū ſuū Pete ab eo.ſ.a deo vt vias tuas diri.
Nota ꝙ ſunt ſeptem que requirūtur ad perfectionēꝫ vie ad hoc vt
recte dirigat ad xp̄m. ¶ Primū eſt vt ſit equa per humilitatēꝫ non
mōtuoſa per ſuperbiā Ezech.xviij. Nunquid vie mee nō ſunt eque
domus iſrahel. yſa.xl. Erant praua in directa ⁊ aſpera in vias pla
nas per viā eni equam ⁊ planā ſine laboꝛe itur ⁊ directe. per mon/
tuoſam vero econuerſo. vnde viam aquile ignorat Salomon. pro
uerbi.30. ideo Baruch v. Cōſtituit dominꝰ humiliare omnē mon
tem ⁊ rupes in equalitate terre vt ambulet iſrł diligenter. ¶ Scđo
ꝙ ſit clara per caritatem nō tenebroſa per inuidiam. Job.xxij. In
vijs eius ſplēdebit lumen ꝓuer.iiij. Juſtoꝝ ſemita quaſi lux ſplēdo
re procedit ⁊ creſcit vſqꝫ ad perfectū diem. ¶ Tercio ꝙ ſit ſecura ⁊
pacifica per manſuetudinē nō plena malis beſtijs ⁊ latronibus ꝑ
iracundiā. Latrones eni occulte furātes ⁊ occidētes ſūt qui occul
tum rancoꝛē habent in coꝛde ⁊ oꝛe detrahūt hi occidunt animas
ſuas ad minꝰ qꝛ q̄ odit fratrē ſuū homicida ē.i.Jo.iij. Male beſtie
ſūt q̄ apte inſurgūť qui ꝓpter irā ⁊ vindictā maledicta ⁊ iniurias

malicioſe ꝓximis irrogant. de his pōt conqueri dn̄s id Gen̄. 37.
Fera peſſima deuorauit filiū meū ioſeph ꝫ de via domini dicitur
yſaie xxxv. Nō erit ibi leo ⁊ mala beſtia non aſcendet per eam nec
inueniēt ibi ꝓuer. iij. Uie eius vie pulcre ⁊ oēs ſemite eius pacifi-
ce. ¶ Quarto ꝙ ſit firma ⁊ ſolida per ↄſtantiam ⁊ perſeuerantiā
nō ſabuloſa per leuitatē ⁊ acidiā. qui eni ambulat per viam ſabu
loſam fatigat̄ ⁊ nō proficiſcit̄ imo aliquādo retrocedit ſic acidioſi
ideo Ecc̄. xxv. Aſcenſus arenoſus in pedibus veſtris. ꝫ de via dei
ꝓuerbi. iiij. Oculi tui videāt recta ⁊ palpebre tue p̄cedant greſſ⁹
tuos ⁊ vie tue ſtabilient̄. ¶ Quarto ꝙ ſit plana ⁊ nuda ab offendi
culis per paupertatē nō lapidibus ⁊ ſpinis obſita per cupiditateꝫ
Diuicias eni dn̄s vocat ſpinas Math. xiij. Ecc̄. xxi. Uia impiorū
cōplantata lapidibus ⁊ inſe. eoꝝ in fi. ⁊ te. ⁊ pe. Aufer ergo offen
dicula a via dn̄i vt reſtituas alienū ⁊ de reſiduo da paupib⁹ yſa.
lvij. Auferte offendicula de via dn̄i Et lxij. Planū facite iter ⁊ eli
gite lapides ¶ Sexto ꝙ ſit ſicca per abſtinētiā nō humida ⁊ aquo
ſa per gulā nam in locis humētibus dormit ſub vmbra Job xlix.
Ps. In terra deſerta inuia inaquoſa ⁊ ſic in ſan. ap tibi vt vide. ⁊c
Unde imundus ſpūs ambulat per loca arida ⁊ inaquoſa q̄rens
requiē ⁊ nō inuenit Luce. xi. Exo. xv. Filij iſrahel ambulauerūt ꝑ
ſiccum in medio eius qđ ſit dum aliquis etiā inter delicias abſti-
nentiā ſeruat qđ eſt laudabilius ⁊ mirabilius. ¶ Septimo ꝙ ſit
viridis mūda ⁊ ornata ſiue florida per continentiā nō lutoſa ⁊ fe
tida per luxuriā yſa. xxxv. In cubilibus in quib⁹ prius habitabāt
dracones viroꝛ calami ⁊ iunci orietur ⁊ erit ibi ſemita ⁊ via ſcā
vocabit̄. ⁊ nō tranſibit per eam pollutus vnde hec eſt vox clamā
tis in deſerto parate viam domini rectas facite ſemitas dei noſtri
Math. iij. Ecc̄. ix. Mulier fornicaria quaſi ſtercus calcabitur i via
¶ Octauo exigit̄ ꝙ ſit recta aliter predicta nō valerent ſcꝫ per pu-
ritatis intentionem nō diſtorta per vane laudis fauorē Jo. i. diri-
gite viā dn̄i ꝫ de malis dr̄ yſai. lix. Semite eoꝝ incuruate ſūt eis
oīs qui calcat in ea ignorat pacē qđ ſit dū ad ↄmodū ꝓpriuꝫ vel
laudē ſua bō diſtorquent Ipi ſūt ſic balā falſus ꝓpħa cui⁹ aſina a
rc̄o itinere deuiauit Nu. xxij. ſic pꝫ terciū. ¶ Sequit̄ q̄rtū in q̄ no
tat̄ adeptio p̄mij ⁊ gl'e cū dr̄. ⁊ oñdit illi regnū dei. ¶ Nō ꝙ oñdit
tripl'r. p̄mo ad videndū per fidē ſic mercatores ſolēt oñdere ſpēs
pulcras

pulcras vt emantur de tali oſtenſione. Eccl.xvij. Poſuit oculū ho/minū ſuper corda eoꝝ oſtendere eis magnalia opeꝝ ſuorum ⁊ oēꝫ ſanctificationē ⁊ gloriā in mirabilibus ſuis non hoc dedit ceteris animātibus que oculos depreſſos habent ſuper terrā Boetius p/uaqꝫ cuꝫ ſpectent ꝛc̄ Multi tn̄ ſunt qui ſic ſtatuerunt oculos ſuos declinare in terrā qd̄ raro ad id regnum attollunt ¶ Scd̄o oñdit ad experiendum per deuotionem ſicut oſtendit̄ bonum vinum vel bonum electuariū ad preguſtandū vt ardentius deſideretur Sap̄ vi. Preoccupat qui ſe contu. vt ſi illis priorem oſtendat ꝫ multi ſūt infelices qui ſequuntur mundū qui eos contemnit ⁊ delicias ſpiri tualis ſapientie negligunt exemplū de ꝓdigo filio Luce xv. ¶ Ter cio oſtendit ad poſſidendū per fruitionem ſicut aliquis dicenti q̄m pulcra eſt res iſta dicit volo ꝙ ſit tua ſic intelligitur in ꝓpoſito Oñ dit illi regnū dei ita oſtendit domin⁹ beato ſtephano regnum celo rum cum a iudeis lapidaretur Act. vij. Ecce video celos apertos quaſi diceret ei dn̄s ne timeas fili ſi hoſtes precipitant domuꝫ tuā terrenam.ſ. corpus qꝛ ecce aperio tibi domū celeſtē ad quā nos ꝛc̄.

De Confeſſore.

Iuſtum deduxit dominus per vias rectas ꝛc̄. Sapi. x. Volenti ire ad aliquem locum duo maxime videnẗ eſſe neceſſaria. Primo ꝙ habeat bonū ductorem qui eum ab hoſtibus ⁊ periculis defendat vnde petebat p̄s ꝓpter no. tu. dn̄e deduc me. ¶ Scd̄o ꝙ per viam rectā deducaẗ vt ad ẗmi^m^ ɔſtitutū pueniat p̄s Sp̄us tuus bonus deducet me in terram rectā que duo tanguntẗ in v̄bo ꝓpoſito In q̄ bus duo ſunt notanda. primū eſt beneficium ⁊ curialitas ſaluato/ris cum dicitur Juſtū deduxit dn̄s Magnum beneficiuꝫ ⁊ magna curialitas eſt pauperi ⁊ ceco ſi ad pallacium duceretur a ꝓprio do mino vnde p̄s. ex hoc gracias agens dicit Tenuiſti manū dextrā meam ꝛc̄. ¶ Scd̄m eſt ad terminū debitum directio viatoris cum dicitur per vias rectas. quid eni neceſſarius viatori quā per viam rectā deduci ne oberret id̄ p̄s. deduxit eos in viam rectā vt iret in ciuitatē habitationis ¶ Circa primū nota triplex beneficium dei er ga peccatorem. p̄mo eni educit de ſtatu culpe. Scd̄o deducit per viam iuſticie. Tercio inducit in regnū dei. p̄° g° educit de ſtatu c⁹ libet culpe. ⁊ primo de ſtatu ſuperbie. p̄s. Eduxit eos de tenebris

⁊ vmbra mortis. dyabolus dr̄ mors qꝛ mortē intulit Umbra ſūt
illi qui ei aſſimilant̄ ſicut vmbra corpori ⁊ hi ſunt precipue ſupbi
¶ Scd̄o educit de ſtatu inuidie p̄s. Dn̄e eduxiſti ab inferno aiām
meā. vnde inuidus infern⁹ dicit̄ qꝛ gaudet de malo ⁊ dolet de bo
no vnde Apoc̄. vi. dicit̄ ꝙ infernus ſequebat̄ eū qui ſedebat ſuper
equū pallidū ⁊ deſignat inuidum cui⁹ eſt ꝓpriū pallere ⁊ torqueri
de bono alieno ¶ Tercio educit de ſtatu odij qd̄ eſt ira inueterata
p̄s. Ego ſum dn̄s deus tuus qui eduxi te de terra egipti. qd̄ inter
pretat̄ meror vel tenebre qꝛ qui odit fratrem ſuum in tenebris eſt ⁊
in tenebris ambulat ⁊ neſcit quo vadat qꝛ tenebre obcecauerunt
oculos eius. i. Jo. ij. Eſt etiā in magno merore qꝛ cupit vincere ſe.
¶ Quarto educit de ſtatu acidie p̄ſ. Educ de cuſtodia animā meā
zc̄ Sicut eni homo qui in carcere eſt operari nō poteſt ſic acidio
ſus eſt ad omne opus bonū reprob⁹. ¶ Quito educit de ſtatu aua
ricie p̄s. Educes me de laqueo quē abſcōderunt mihi. i. de amore
mundi. vnde. i. Thimo. vi. Qui volunt diuites fieri incidunt in la
queos diaboli. h̄ laq̄o ligat⁹ iudas interi⁹ cucurrit ad laqueū exte
rius Math xxvij. Educit de ſtatu luxurie pſal. Eduxit me de lacu
miſerie ⁊ de luto fecis. i. de luto fetido de quo ꝓuer. xxvi. Canis
reuerſus ad vomitū ſuum ⁊ ſus lota in volutabro luti de hoc luto
p̄s Eripe me de luto vt nō infigar ſcȝ per ꝯſenſum. nemo quippe ē
qui nō inquinet̄ aliq̄n carnis delectatione ſ; non infigitur qui per
ꝯſenſum non trahitur ¶ Septimo educit de ſtatu gule p̄s Qui edu
cit vinctos de fortitudine. i. guloſos qui ligati ſunt per collum ſed
in fortitudine qꝛ difficile eſt conſueta relinquere ſimiliter eos qui
ex ꝯſperant detrahēdo vel iurando ſicut ebrioſi qui habitant in ſe
pulcris. i. in gulis ſuis ibi eni habitat homo vbi cogitat p̄s. ſepul
crum patens eſt guttur eoꝝ. vere patens ad modū ſepulcri vt oēȝ
mortuū recipiat. i. omnē cibū omni hora qꝛ ſicut dicit̄ Ecc̄. xxxvi.
Oēm eſcam manducabit venter ¶ Scd̄m dei beneficium eſt qd̄ de
ducit per viam iuſticie Nota ꝙ q̄druplex eſt via iuſtoꝝ per quā
ducit dn̄s ſuos ¶ Prima eſt iuſtificationis que eſt in totali pcc̄oꝝ
derelictione per quā deducunt̄ penitētes p̄s Viam iuſtificationū
tuaꝝ inſtrue me zc̄. per hanc iuit maria magdalena cui dixit dn̄s
Lu. vij. Fides tua te ſaluā fecit vade in pace Scd̄a eſt veritatis
que eſt in profectu v̄tutum ⁊ operatione bona per quam deducū
tur p

tur proficientes Pſalmiſta. Uiam veritatis elegi ꝛ iudicia tua nõ ſum oblitus. Pſalmiſta. Jbunt de virtute in virtutem videbitur deus deorũ. De his duabus vijs ps Uniuerſe vie domini miſericordia.qua iuſtificat peccatores quo ad primã vl' veritas quo ad ſcdam Tercia eſt pacis que eſt in perfecta omniũ viciorũ ꝛ tentationum expugnatione ꝛ omniũ virtutum adeptione per quam deducuntur perfecti qui victoriam habentes de omnibus in pace perfecta ſunt Luce.i. Ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis Sed viam pacis non vadunt illi de quibus ps .Contritio ꝛ infelicitas in vijs eorꝫ ꝛ viam pacis non cognouerunt vel reddit cãm Non eſt timor domini ante oculos Quarta eſt ſalutis eterne q̄ eſt in omniũ bonorꝫ adeptione per quã deducunt boni ps Deduc me in via eterna.hec eſt via recta de q̄ in ꝓpoſito Juſtum deduxit dominus per vias rectas ꝛc̃. Nota ꝙ tria ſolẽt eſſe ſigna vie recte Primũ eſt nodatio miricarꝫ.i.reſtrictio ſenſuum ab illicitis. ſicut eni fructus miricarꝫ nullus eſt vel inutilis licet flos ſit pulcer ſic appetitus quinqꝫ ſenſuum infructuoſus eſt ꝛ perniciioſus q̃uis delectet ſenſualitatẽ exterius Rõ.vi. Quẽ fructũ habuiſtis tunc in quibus nunc erubeſcitis Jere.xvij. Maledictus qui ponit carnem brachium ſuum.erit enim quaſi miri.in deſerto ꝛ non vi.cum ve. donum. Senſus ergo ſi floreant per concupiſcentias in preſenti ſine fructu tamen erunt in futuro.Jeremie.xlviij Date florem Moab quia florens egreditur ꝛ ciuitates eius deſerte erunt ꝛ inhabitabiles. Unde ibidem dicitur de moab. Eris quaſi mirica in deſerto.Hc ergo mirice nodande ſunt id eſt ſenſus ab illicitis cohibendi.ꝛ ſic ſignum eſſet ꝙ rectam viam iremus Scdm eſt aceruuſ lapidis id eſt aggregatio bonorum operum ꝛ virtutum. non eniꝫ ſufficit a malis nos reſtringere niſi ſequatur ꝛ bona agere. Hic eſt aceruus lapidis qui fuit ſeparatio inter Jacob ꝛ laban id eſt inter virum iuſtum ꝛ dyabolum vt neuter poſſit tranſire ad aliuꝫ Geneſ. Triceſimoprimo. Job quinto. Cum lapidibus regionum erit pactuꝫ tuum.ꝛ beſtie terre id eſt beſtiales motus corporis pacifice erunt tibi.Hic eſt aceruus lapidis qui ſublati ſunt de Jordane in ſignum ꝙ dominus fecerat eis viam per mediam iordanis ſicci. Joſue quarto. ¶Tercium eſt crux erecta id eſt perſecutionum tolerantia. ꝛ hoc eſt certum ſignum vie recte ad regnum

ad regnum celorū Math.v. Beati qui perſecutionē patiuntur ꝓ
pter iuſticiā ⁊c. Actu.xiiij. Per multas tribulationes oportet ꝑue
nire ad regnū celoꝝ Math.xvi. Qui vult venire poſt me ⁊c. Hec ēa
ſigna vie recte ſignificata ſunt Joſue x. vbi ioſue quinqꝫ reges iclu
di precepit i ſpeluncis ⁊ cuſtodiri in quo notat̄ nodatio miricaꝝ
i. cohibitio quinqꝫ ſenſuū ne ad illicita exeant Ecc̄.xxv. Ne des aq̄
tue exitum vel motum. nec mulieri nequā veniā ꝓdeundi. ¶ Scd̄o
p̄cepit eos poni in cruce. ¶ Tercio aggregare ſuꝑ eoſ magnū acer
uum lapidū. Terciū dei beneficiū eſt qd̄ inducit in regnum glorie.
valde eni neceſſarium ē viatori vt poſt laborē viaꝝ deducat̄ ad bo
num hoſpicium qd̄ facit xp̄us viatores ſuos poſt laborē hui⁹ mun
di in beatā vitam inducendo p̄s. Induxit eos in montē ſanctifica
tionis ſue ⁊c. Exo.xv. Introduces eos ⁊ plantabis in monte here
ditatis tue ⁊c. hoc aut fiet p⁹ iudiciū qn̄ curialiter vocabit eos ad
regnū Math.xxv. Venite benedicti patris mei ⁊c. ſic patet primuꝫ
in quo notat̄ curialitas ⁊ bn̄ficium dei ducentis cum dicit̄ Juſtuꝫ
deduxit dn̄s ⁊c. ¶ Sequitur ſcd̄m in quo notat̄ directio viatoris
cum additur per vias rectas. parum eni valet ducere niſi ductor p̄
ſeruet ab errore. ¶ Nō ergo ꝙ via noſtra pn̄s vita eſt de qua non
habet homo niſi tm̄ vbi ponat pedes nō eni habet de vita niſi pn̄s
inſtans quo viuit qꝛ nō habet tempus p̄teritum nec futuꝝ nec ſcit
vbi debet ponere reliquū. q̄zto cito etiā vadit via ei⁹ cicius deficit.
hāc etiam viā imus dum dormimus. Alij viatores hanc viam fini
ri deſiderāt ꝫ nos volum⁹ cum medicinis ⁊ cibis eam poti⁹ ꝓlon
gare. Nota ꝙ in hac via ſeptē ſunt incōmoda que neceſſario habe
mus declinare ſi volum⁹ per rectā viam ire. ¶ P̄mum eſt ꝙ eſt tene
broſa ꝓuer.iiij. Via impioꝝ tene. neſ. v. cor. Sunt autē triplices
tenebre. P̄mo ignorantia boni ⁊ mali yſa.v. ponentes lucē tēbras
⁊ tenebras lucē ꝓuer.ij. Ambulat per vias tenebroſas ſcd̄o pcc̄m
p̄s. Multiplicate ſunt iniquitates mee ⁊ non potui vt viderē Item
ſiant vie eoꝝ tenebre ⁊ lubricū ⁊c. Tercio dubietas ſtatus ſui Ecc̄
ix. Neſcit hō finē ſuū ⁊c. Itē in codē caplo neſcit hō vtꝝ odio vel a
more dign⁹ ſit iob.xvij. in tēbriſ ſtraui lectulū meū. he ſunt tenebre
q̄ trib⁹ dieb⁹ fuerūt in egipto. Exo.x. Ecōtra via dn̄i clara ē tripli
ci luce ꝓuer.iiij. ſemita iuſtoꝝ q̄ſi lux ⁊c. P̄ma lux ē rō Math.vi. lu
cerna corꝑis tui ē ocul⁹ tuus ꝫ hāc libenter obſcurat dyabol⁹ iob

xviij. Lux impij extinguet. ¶ Scḋa eſt verbū dei ps. Lucerna pe/
dibus meis verbū tuū ⁊c. ij. Pe. i. Habem⁹ ꝓpheticū firmi. ſermo
nem cui benefaci. attē. quaſi lucerne lucēti in caliginoſo loco Job
xxix. Splendebat lucerna eius ſuper caput meū ⁊ ad lumē ei⁹ am
bula. in tene. ꝫ Jo. iij. lux venit in mundū ⁊ dilexerūt homines ma
gis tenebras q̄ꝫ lucē ¶ Tercia gracia dei ꝓuer. xx. lucerna domi/
ni ſpiraculū hominis que inueſtigat ſecreta ventris. hec eſt lucer/
na quā accendit mulier vt querat dracmā perditā luce xv. de his
lucernis Job xxij. In vijs tuis ſplendebit lumē ¶ Scd̄ꝫ ē q2 offēdi
culis plena Jo. xi. Siquis ambulauerit in nocte offen. ꝓuerbi. xv
Iter impioꝝ quaſi ſepes ſpinaꝝ. via iuſtoꝝ abſqꝫ offendiculo Eſt
aūt offendiculū triplex Scādalum primū eſt decor creaturaꝝ Ec
cle. ix. Virginē ne aſpiciaſ ne forte ſcandaliſeris in decore eius
Nota q̄ꝛ reſpiciens ad res pulcras ⁊ nō reſpiciens ad pedes ſuos
frequēter offendit. Sap. xiiij. Creature dei in odiū facte ſunt ⁊ in
tentationē anime hominū. ¶ Scd̄m peccatū ꝓimoꝝ per exēplū
Math. v. ſi oculus tuus ſcandaliſat te ⁊c. Dixit ihs Petro qui
volebat a bono eum retrahere vade retro ſathana ⁊c. ſcandalum
es mihi Math. xvi. ſacerdotes de via receſſiſtis ⁊ ſcādaliſaſtis plu
res ij. Coꝝ. vi. Nemini dantes vllam offenſionē leuiti. xix. Non po
nas corā ceco offendiculū yſa. lvij. viam facite ⁊ auferte offēdicu
la de via ppli mei. ¶ Terciū eſt iniuria ꝑſecutoꝝ luce xvij. Impoſſi
bile eſt vt nō veniant ſcandala ꝫ ve illi per quē ſcandalū venit ps.
Filijs matris tue ponebas ſcandalū. ſi ergo vis euadere offendi
cula reſpice ad pedes tuos et erige eos. i. offēſos. pedes. i. affectio
nes ne muſites ꝫ iacta cogitatū tuū in domino ꝓuer. iij. In omi
bus vijs tuis cogita illum ⁊c. ¶ Nota q̄ꝛ ille muſitat qui peccata
alioꝝ dijudicat et per hoc offēdit ps. Mei aūt pene moti ſunt pe/
des ⁊c. ¶ Terciū eſt q2 via iſta lutoſa eſt et lubrica ps. Fiāt vie illo
rum tenebre et lubricū. Treno. iiij. lubricauerūt veſtigia noſtra B
ē aūt ꝓpē ca. pmo q2 libēter et de facili labit̄ hō i pcc̄ꝫ cogitatiōis
Gen̄ viij. ſenſuſ et cogitatio ho. ꝓna ſūt ad ma. ab adoleſcētia ſua
Ecc̄. xxi. Cor fatui q̄ſi vas ꝯfractū oēm ſa. nō te. Ecce q̄modo ē la
bile iō Ecc̄. 30. Cōtine cor t. in ſan. ¶ 2° labit̄ hō in pcc̄ꝫ locutiōis
ꝓuer. 26 Os lubricū operat̄ ruinas Ecc̄ xiiij. Beat⁹ q̄ nō ē lapſuſ
⁊c. lingua ei in humido poita ē et iō ē labil' ¶ 3° labit̄ i pcc̄ꝫ mali opis

Treno.iiij. Lubricauerũt veſtigia noſtra in itinere plateaꝝ nr̃arũ.
ij.Re.xiiij. Quaſi aqua dilabimur in terraz. Jere.xxiij. Propheta ⁊ ſa/
cerdos polluti ſunt in do.mea inue.ma.et ideo via illoꝝ erit q̃ſi lu/
bricum in tenebris impellentur ⁊ corruent in ea qꝛ prelati multoſ
poſt ſe labi faciũt in peccatũ.maxime autẽ in peccatũ luxurie faci/
unt labi Eccẽ.ix. Mulier fornicaria quaſi ſterc⁹ cõculcabit̃ i via. Je
re.xxxviij. Demerſerũt te in ceno ⁊ in lubrico pe.tu. Ne ergo laba/
ris reſpice diligẽter ad pedes tuos.i.ↄſidera finẽ tuum. Treñ.i.ſor
des eius in pedib⁹ eius p̃s. Inquinate ſunt vie illius omni tp̃e. Cõ
tra hoc etiã debes vti baculo.i.pena dñi Cã.viij. Que eſt iſta que
aſcendit de deſerto delicijs affluens innixa ſup dilectũ ſuũ. ¶ quar
tum eſt qꝛ via iſta ẽ foueis plena ⁊ maxime trib⁹. Prima ẽ luxurie
Geñ.xiiij. Vallis ſilueſtris habens multos puteos bituminis P/
uerbi.xxiij. Fouea profunda meretrix Caute ergo declines ab hac
fouea ne in eam incidas.i. Coꝛ.vi. Fugite fornicationẽ.nõ ſtultus
viator putat aliquãdo foueã tranſilire et incidit in eã nec inde põt
exire per ſuam voluntatẽ ſic de feminis cõfidens incaute ſe iũgit fa
miliaritatib⁹ mulierũ ꝓuerbi.xiiij. Sapiens timet ⁊ declinat a ma
lo ſtultus cõfidit et tranſilit. ¶ Scd̃a eſt auaricie yſa.xxiiij. Formi
do et foueã et laque⁹ quies terre Math.viij. Vulpes foueas habẽt
i.doloſitas cupiditatis in cordibus auaroꝝ ¶ tercia eſt deſperati
onis et triſticie ihere.xviij. Foderũt foueam anime mee qđ fit dum
demones tentant de deſperatione yſaie xxxiiij.ibi Fou. habuit eri
cius id ẽ dyabolus pungens per deſperationẽ p̃s Donec fo.p fo
ueam vnde vox ẽ deſperatoꝝ treno.iij Lapſa ẽ in lacum vita mea
et po.lo.ſup me De his trib⁹ foueis.p̃s poſuerũt me in lacu inferi
ori ſcz luxurie.in tenebroſis ſcz auaricie et in vmbra mortis ſcz de
ſperationis et triſticie.he ſũt fouee magne q̃s ſalierũt qui obuiaue
runt ſaul p̃mi Re.x. ¶ Quintũ qꝛ hec via ẽ ardua et in hac vita diffi
cile aſcendim⁹ ad ỽtutez que eſt circa difficile et bonũ p̃s.q̃s aſcẽ
det in montẽ dñi ⁊c̃.debes ergo repere manibus et pedib⁹ ſicut io
nathas et armiger eius p̃mi Re.xiiij.et tenere te ad caudas eq̊ruz
vt fit in aſcenſu alpium et ad ramos arboꝝ id ẽ ſeq̃ exẽpla ſanctoꝝ
et dicere Can.p̃mo.trahe me poſt te iob xxxix. Nũquid ad p̃ceptũ
tuũ eleuabit̃ aq̃la et in ardua ponit nidũ ſuũ Aſcẽſus aũt iſte diffi
cilis ẽ ꝓpt̃ tria.primo ꝓpter vie arduitatẽ et grauitatẽ difficile ẽ ei

ↄſueta relinq̄re vñ cū voluptas nobiſcū nata ſit vt dicit pħus Gra
ue eſt eā abdicare ⁊ aſperū iter virtutū aggredi de q̄ p̄s. ꝓpt̄ ꝟba
labioꝝ tuoꝝ ꝛc̄. vnde Baruch iiij. Delicati mei ambu. vi. aſ. Mat.
xvi. qui vult venire poſt me abneget ſemetip̄m ꝛc̄. ¶ Sc̄do propter
vie longitudinē Nix eni in p̄nti quis ad ſum:nū virtutū poteſt at/
tingere Greg. quia nemo repente fit ſumm⁹ ſ₃ continue oportet de
ꝟtute in virtutē proficere p̄s Jbunt de ꝟtute in ꝟtutem Ecc̄. xviij
Cū ↄſūmauerit homo tunc incipiet. vnde helie ad montē dn̄i aſcē
denti ⁊ in via quieſcenti dictū eſt Surge comede grādis tibi reſtat
via iij. R̄. xix. Tercio ꝓpter impedimentoꝝ multitudinē. Sūt ei
quidā a tergo retrahentes vt parenres carnales ⁊ preterite volu/
ptates vnde vxor loth reſpexit retro ad zodomā ꝛc̄ Gene. xix. Lu.
ix. Nemo mittens manū ad aratrū ⁊ reſpiciēs retro aptus eſt reg
no dei hinc p̄s monet Obliuiſcere populū tuū ꝛc̄ Luc̄. xiiij. qui nō
odit patrē ſuū ⁊ matrē ſuam ꝛc̄. adhuc aūt ⁊ aīaz ſuam ꝛc̄. Jtē alij
deſuper cadentes volentes aſcendere p̄cipitant ſe Sic exēpluz pec
cantiū ⁊ a bono ſtatu corruentiū multos fraudaliſant ⁊ recidiua/
re faciunt quibus fuiſſet melius viam iuſticie non agnoſcere q̄₃ p⁹
agnitam retro conuerti ij. Pe. ij. Jtem venti ⁊ turbines circūq̄q₃
impellentes ſc₃ demonū tentationes Ezechi. i. Uentus turbinis
ve. ab aquilone ¶ Be:ttuz eſt ꝙ eſt ꝓcl:uis ⁊ prerupta ideo facilis
ad corruendū yſaie lix. Semite eoꝝ incuruate ſunt eis ideo poeta
Facilis auerni ſ₃ reuocate gradū Superas ⁊ erumpere ad auras
hic opus hic laborē p̄s. Spiritus vadens ⁊ nō rediens Gen. viij
Proni ſunt ſenſus ⁊ cogitatio hominis ad malum ab adoleſcen/
lia ſua Contine ergo te q̄₃tum potes ne labaris Septimo ſtricta
eſt via Math. vij. Anguſta porta ⁊ arta via que ducit ad vitam ⁊
pauci ſunt qui ingrediunt̄ per eam. Non ergo declines ad de: terā
neq₃ ad ſiniſtram q̄ꝛ extra viaz eſſes ſ₃ in medio tutiſſimus ibis.
Uirtus eni in medio conſiſtit. i. vt nō ſis auarus neq₃ prodigus
vt nō eleueris in aſperis nec deprimaris in aduerſis Num. xx. vi a
publica gradiemur nec declinabim⁹ ad dextram neq₃ ad ſiniſtrā
¶ Nota ꝙ hāc vie mediocritatē tenēt male q̄tuor genera hominū.
quidā eī vadūt retro. quidā in circuitu. q̄dā a latere ¶ Retrocedūt
q̄ amāt t̄palia oc̄los ſuos ſtatuētes declinare i terrā et obliuiſcūt̄
et̄na Uia eni ↄſtituta inter et̄na q̄ hab₃ ſuper ſe et int̄ t̄palia q̄ b₃

infra ſe ⁊ poſt ſe. dum ergo reſpicit tpalia ⁊ retroponit per neglige
tiam ſpiritualia retrocedit ſicut vxoꝛ loth reſpexit retro ad Sodo
mam. i. ad mundū ideo duerſa fuit in ſtatuā ſalis Gene. xix. Treñ
i. Expādit rete pedibus meis cōuer. me retroꝛſū. Jere. ij. Verterūt
ad me tergū ⁊ non faciem vnde dñs conquerit de Jeroboam q̄rti
R. xiiij. Proiecisti me poſt tergū tuū. nō ſic apl'us phil'. iij. poſterio
rum oblit⁹ ad anterioꝛa me ext. ¶ In circuitu vadit qui tm̄ querit q̄
ſua ſūt ⁊ amat ſe. ij. thimo. iij. Erūt homies ſeipos amātes ꝛc̄ ps.
in circuitu impij ambulāt ſicut ſamſon excecat⁹ poſitus eſt ad mo
lam iud. xvi. Pū peccatoꝛ tm̄ intendit ꝓcurare volūtatē ſuā. ihe/
re. ij. q̄ȝ vilis facta es iterans vias tuas ꝛc̄ ꝓuer. xxvi. Sicut canis
qui reuertit ad vomitū ſic peccator q̄ iterat ſuā ſtulticiā. ¶ M late
re vadit ⁊ nō directe qui declinat ad dexterā id ē q̄ eleuat ⁊ ſuper
bit p̱ pꝛoſperitatē vel q̄ ad ſiniſtram id ē q̄ depꝛimit ⁊ deſperat per
aduerſitatē ſicut aſina balaā Nume. xxij. Qui ergo vult p̱ rectam
viam ire debet impedimenta predicta declinare ⁊ ſic poterit ad re
gnum celoꝝ peruenire ad quod nos perducat ꝛc̄

De Virginib⁹ p̄mo

Reſpondi vos vni viro virginē caſtā exhibere xp̄o ij. Coꝛ.
xi. in verbis iſtis duo notant pꝛimū v̄ginū excellentia ſiue
dignitas cū dicit deſpondi vos vni viro id ē chꝛiſto qui bene dicit
vnus vir ꝓpter ſingularem p̄rogatiuā v̄tutū q̄ fuit in eo excellen
ter yſa. iiij. Apprehendēt ſeptē mulieres viꝝ vnū Scd̄m ē v̄ginū
debita caſtitas cū addit virginē caſtam exhibere chꝛiſto Nō cum
quāta diligentia cuſtodiunt virgines ⁊ q̄ȝ caſte debent eſſe que de
bent regi terreno deſponſari ¶ Circa pꝛimū cōſiderāda ſunt qua
tuoꝛ. pꝛimo quare virgines ſpecialius ſpōſe chꝛiſti dicant ¶ Scd̄o
qualiter ei valeant deſponſari. ¶ tercio qualiter ſponſa debeat ad
aduentuȝ ſponſi ⁊ nupcias pꝛeparari ¶ Quarto qualiter a ſponſo
poſſit ſeparari ¶ Circa pꝛimū nota ꝙ ꝓpter tres rationes dicūtur
virgines ſponſe chꝛiſti licȝ omēs anime ſint ei in baptiſmo deſpon
ſate ſicut dicit Oſee ij. Sponſabo te mihi in fide. pꝛimo qꝛ ſic ſpon
ſus ⁊ ſpōſa ſunt vna caro Gen. ij Erūt duo in carne vna. caro vir
ginū carni chꝛiſti veri⁹ ſe cōfoꝛmat q̄ȝ alioꝛū qꝛ ſicut caro chꝛiſti nō
fuit coꝛrupta ſic nec caro eaꝝ Unde in ſignuȝ hui⁹ carnē ſumpſit
de virgine vt ſibi virgines aſſumeret yſaie xlv Aſſimulaui te et nō

ꝯgnouiſti Scḋo qꝛ quicq̄d habet ſponſus habet ⁊ ſponſa. ſic in
pluribus virtutibus virgines chꝛiſto aſſimilanẽ ꝙ̄ ceteri. ⁊ſi eiȝ
alij ſint ei ſimiles in iuſticia i miſericoꝛdia ⁊ i caritate ⁊ ceteris v̄
tibus nō tamē in virginitate Virgines eni in martirio aſſimilā/
tur chꝛiſto ſi eni genus martirij eſt caſtitas in iuuentute vt dicit
autoꝛitas multo magis virginitas in tota hominis vita hinc di
citur Apo. xiiij. hi ſunt qui cū mulierib⁹ ꝛc̄ ⁊ ſequūtur agnū q̊cū
ꝙ̄ ierit ¶ Tercio qꝛ ſicut ſponſa decentius oꝛnaẽ a ſponſo ꝙ̄ alia
familia ⁊ v̄gines tam in p̄n̄ti ꝙ̄ in futuro oꝛnātur decentius chꝛi
ſtus eni ſponſus animarū animi tēpus nupciarū ſponſe ſue mittit
gaudiola ¶ Primo eni in baptiſmo albā veſtem innocentie Apo.
xxi Vidi iheruſalē deſcen. de ce. a de. pa. ꝛc̄ Gloſa qꝛ de celo acce/
pit oꝛnamenta Hec veſtiſ diligenter ſeruanda ē qꝛ ſine ea nō reci
pietur aliquis ad conſoꝛtiū ſponſi Apo iij Qui nō īquinauerūt
veſtimenta ſua ambulabūt mecū ꝛc̄ Quare illi mecū ambulabūt
qui veſtē innocentie ſeruauerūt ideo certe vt diciẽ Apo. xvi. Bea
tus qui vigilat ⁊ cuſtodit veſtimenta ſua ꝛc̄. ¶ Scḋo dat zonā au
ream caſtitatis ⁊ mūdicie Apo. i. p̄cinctū ad mamillas zona au
rea ꝛc̄ ꝓuer. vlti. Accinxit foꝛtitudine lūbos ſuos luce xij. Sint lū
bi vr̄i p̄cincti ¶ Tercio capillū aureū ⁊ monilia fidei ⁊ amoꝛis.
ꝓuerb. i. Vt addaẽ gracia capiti tuo ⁊ toꝛques collo tuo. ⁊ iiij.
dabit ca. tuo augmēta graciarū ⁊ coꝛo. incli. pꝛo. te. ¶ Nota de flo
ribus ſerti ¶ Quarto ſotulares ſtrictos. i. exempla ⁊ ſanctoꝛū imi
tationem Canti. vij. Quā pulcri ſunt greſſus tui in calciamentis
filia p̄ncipis Hic quidā nimis large calciātur ¶ Nō ꝙ quidaȝ cal
cianẽ de coꝛio ouis vt qui ſequūtur exēpla innocētuȝ ⁊ bonoꝛum
Quidā de vacca vt qui exempla coniugatoꝛuȝ Quidā de capꝛa
vt qui ſequunẽ exēpla peccatoꝛū ¶ Circa ſcḋȝ nō ꝙ ꝓpter quique
ſit anima ſpōſa xp̄i. Primū eſt dilectio vera Can. iiij. Vulneraſti
coꝛ meum ſoroꝛ mea ſpōſa ꝛc̄ Caritaſ vera coꝛ vulnerat vnde vul
nerata caritate ego ſum Can. v. Si inueneritis dilectū meuȝ nū
ciate ei qꝛ amoꝛe langueo ¶ Nota ꝙ bis dicit vulneraſti qꝛ vulne
rat⁹ imo fatuat⁹ amoꝛe nr̄o mēte ⁊ vulnerat⁹ in coꝛpe qn̄ vn⁹ mi
litū lācea ꝛc̄ ¶ Scḋm ē pulcritudo p̄fecta libētius ducit rex nobilẽ
pulcrā ſponſā ꝙ̄ defoꝛmē Sapi viij queſiui ſponſam mi. e. aſſu. ꝛc̄
Iſtam pulcritudinē in aīa facit virginitas. ⁊ ideo virginem ducit

chriſtus in ſponſam yſa.lxij.habitabit iuuenis id eſt xpī cū v̄gine
⁊ gaudebit ſponſus ſup̱ ſponſā ⁊ gaudebit ſup̱ te de⁹ tu⁹. ¶Et nō
ꝙ ad pulcritudinē interiorē tria requirūt̃ ſicut ad exteriorē. Pmū
eſt debita membroꝝ ordinatio per quaȝ ſignificat̃ cōpoſita ⁊ diſ-
creta moꝝ cōuerſatio in medio nationis praue ⁊ peruerſe ſine que
rela Phil̃.ij. vnde apl̃us incōpoſitos reprehendit inter cetera pec
cata que enumerat Rō.i. Incōpoſitos dicere ſolemus qui v̄bo et
facto offendunt ſecū habitantes Cōpoſitos dicere ſolem⁹ bene mo
rigeratos ⁊ diſciplinatos Scd̄m eſt color albus qui ſignificat cor
dis mundiciā Apoc̃.iij. Qui nō inq̄nauerūt veſtimēta ſua ambula
bunt mecū in albis Et ſexto dicit̃ de ſanctis date ſunt illis ſinguliſ
ſtole albe Terciū eſt color rubicūdus albo permixtus ⁊ ſignificat
caritatē vel paſſionis memoriā Can.v. Dilectus meus candidus
⁊ rubicund⁹ ⁊c̄ Ideo ſponſus laudat ⁊ vocat ad ſe ſponſam Cā.x
Tota pulcra es amica mea ⁊ macula nō ē in te veni de libano qđ
interpretat̃ candidatio. ſponſa mea veni de libano ⁊c̄ Tercium eſt
iuſticia ad ſeipm̄ vt ſcȝ ſit iuſta ⁊ morigerata in ſe per refrenatiōȝ
omniū illicitoꝝ Oſee ij. Sponſabo te mihi in iuſticia ⁊ iudicio. iu
ſticiā exercere de carne nō procedit Ecc̃.xxxiij. Si eſt tibi ſeruus ſi
delis ſit tibi ſicut anima tua ⁊ ſine iudicio nihil contra eum facies
graue Seruus fidelis eſt corpus qđ nō declinat ad aliquod mor-
tale peccatū Quartū eſt pietas ⁊ miſericordia quo ad primuȝ vt
ſcȝ ſit miſericors ⁊ leta ad familiā ſpōſi Oſee ij. Sponſabo te mihi
in ſempiternū ⁊ ſponſabo te in miſericordia ⁊ in miſerationib⁹ Mi
ſericordia in cōpaſſione cordis. miſerationibus in exhibitione ope
ris Quintū eſt fidelitas in omibus quo ad ſponſum vt nullum di
ligat nullū audiat vel recipiat ꝓpter vel preter ſponſū ⁊ nihil agat
in eius preiudiciū Ozee ij. Sponſabo te mihi in fide ¶Circa terciū
nota ꝙ ad aduentū ſponſi debet ſe ſponſa preparare Math xxv. q̄
parate erant intrauerunt cum eo ad nupcias ⁊c̄ Primo debet ſe
ſpeculo mandatoꝝ dei ſpeculari ne in ea appareat defect⁹ boni ope
ris vel macula per deformitatē peccati Auguſt. Vt ergo in libello
hoc tanq̄ȝ in ſpeculo poſſimus inſpicere p̄s Tunc nō ↄfundar cū
perſpexero in omnibus mandatis tuis ȝ non valet inſpectio niſi ſe
emendet Iaco.i. Siquis auditor eſt verbi et nō factor hic cōpara
bitur viro ↄſideranti vultū natiuitatis ſue in ſpeculo Eſt āt triplex
in quo

in quo ſe debꝫ ſancta anima ſpeculari. Primū eſt ſingulare ſcꝫ xp̄s
de quo Sap̄. vij. Candor eſt lucis eterne ⁊ ſpeculū ſine macula d̄ı
ma. ⁊ imago bonitatis illiꝰ. In hoc debes ꝯſiderare tria. Primo
incarnacōez in qua reſultat humilitas. Phil. ij. Exinaniuit ſemet/
ipſum formā ſerui accipiēs in ſimilitudinē hominū factꝰ ⁊ habitu i
uentus vt hō humiliauit ſemetipſuꝫ. Scd̄o cōuerſacōez in qua re/
ſultat ſanctitas. Leui. xix. Sancti eſtote qm̄ ego ſcūs ſum. Sāncti/
tas ē vt ait Dioꝰ. ab omni pctō liberans immūitas vel innocēcia.
Tercio paſſionē in qua reſultat caritas ⁊ pietas Apoc. p̄. Qui dile
xit nos et lauit nos a pccīs noſtris in ſanguine ſuo. p̄. pet. ij. Xp̄us
paſſus eſt ꝓ nobis. ⁊c̄. In hoc ſpeculo omnes maculas potes colli/
gere vel tollere. ps̄. Reſpice in faciē xp̄i tui. ¶ Scd̄m ſpeculū eſt ge/
nerale ſcꝫ creature mūdi. de quo Exodi. xxxviij. Mare circūdatuꝫ
erat ſpeculis mulierū. i. mundi creaturis. In hoc debes cōſideraē
tria. p̄mū eſt ordinata vtilitas ſcꝫ qūo terra herbe ⁊ plante ſm̄ ordinē ſuum germināt ⁊ fructificāt in tp̄e ſuo. Job. xij. Interroga
iumēta et docebūt te volatilia celi ⁊ indicabūt tibi loq̄re terre ⁊ rn̄de
bit tibi. id̄o. i. Cor. xiiij. Omnia honeſte ⁊ ſm̄ ordinē fiant in vobis
Scd̄m eſt homīs vilitas ne ſupbiat. ſi eni diligenter hō ſe ꝯſiderꝫ
nō inueniꝫ viliorē creaturā Eccī. x. quid ſupbis terra ⁊ cinis. Ter
ciū eſt homīs dignitas ne ſibi vileſcat per pc̄m̄ qꝛ ſup omnes cre/
aturas p̄latus eſt. ſm̄ pſal. Homo cuꝫ in honore eſſet nō intel. ⁊c̄.
¶ Terciū ſpeculū eſt ſpēale ſcꝫ exempla ſcōꝝ. de quo Exod̄. xxxviij
Facies tibi labium de ſpeculis mulieꝝ. ſpecula mulierū ſunt exem/
pla ſcōꝝ qui dicūtur mulieres ꝓpter fecunditatē ⁊ ſedulitatē. In
hoc debꝫ homo tria reſpicere. p̄mo quid cauēdum Iob. v. Viſitās
ſpe. non pec. ſcd̄o quid lauandū Job. xxxiij. reſpiciet ad hoīes ⁊ di
cet. vere peccaui ⁊ vt dignus erā nō recepi. tercō quid ornādum.
Job. v. ad aliquē ſanctoꝝ cōuertere. Secundo debꝫ ſponſa ſe laua
re ꝑ lacrimas ⁊ balnea ⁊ ſic mundior et ſerenior erit. Et ſic ꝯcupi
ſcebat dauid berſabee in ſolario ſe lauantē. ij. Re. xi. yſa. i. Lauami
mundi eſtote. ⁊c̄. Sunt autē quinqꝫ que impediūt debitā locōnem
Primo qꝛ non ꝑmittit ſe lauari. iiij. Re. v. dictū eſt naamā. vade et
lauare ſepcies. ⁊c̄. ⁊ indignatus abijt. ⁊ ſic maxime faciunt ſuperio
res. Secundo quādo aqua eſt immūda. puer. xxvi. Canis reuerſꝰ
ad vomitū ſuum. ⁊c̄. Tercō quādo lauat ꝑtem indebitā Jhere. iiij.

